Cur fun. in cons.° 64 uol p.° et cum semel furor advenerit praesumitur semper durare. Nisi liquidissime probetur tempore actus gesti fuisse sanae mentis ut per Alex. in dictis Consilijs et Doc. in l. furiosum maxime D. Philip. Dec. quia in ipso actu testandi requiritur mentis integritas l. ij ff de testa. et l. hac ~~casu longe magis procedit, et~~ Consultissima § in omnibus C. eo tit. Id quod in praesenti casu longe magis procedit, quia extitit probatum q. dominum Josephum Sporenum fuisse accersitum ad scribendum testamentum quondam domini Petri priusquam uocaretur q. egregius Clitheus et recusasse illud scribere quia dominus Petrus erat amentia occupatus: Testes 1. fol. 102. 2 fol. 104. 10. fol. 122; 12 fol. 124 / 13 fol. 125. 17 fol. 131. Nec non postea requisitus fuit egregius Cistarius, prout ipse deponit fol. 116 super 19. et rursus egr. s. franciscus a favris testes 14 fol. 120 et 18. fol. 132. super 5. Ita quod ex praecedentibus et subsequentibus optime probatur Media de Amentia, et furore secundum omnes Doctores in praeallegatis locis, et proinde asserens contrarium debet specifice et dilucide id probare c. fi. de succes. ab intestato. Ang. de Gambellio in tracta. de testa. glo. 3.a | Confirmantur praemissa depositione Ex.mi domini Nic. Rorary, quo Medico et fideli et eruditiss.° q. dominus Petrus utebatur. Inquit enim. quelli, che comintiano a zauariar, et che tendono alla morte non restano mai di zauariar sup. 4.° D. Gabrielis, idemque D. Nic. super 3 et 4. D. liuiae fol. 193. in fi. Idque ex ui maxima illius morbi febrium occultarum, ut concludunt Ex.tes D.D. Paulus Regulinus, et Josephus Decianus sup. 3.° et 4. D. liuiae fol. 190. et 204. et concordant cum omnibus scribentibus considerantibus tempus proximum, aut remotum mortis. Nec non dum deponunt, quod sunt amentes, licet nullum furorem ostendant, quia amens dicitur cui mens et consilium deficit. Bal. in l. si furiosi. C. de Nup. et in l. Humanitatis in 3. col. vers.° Venio ad 4.tu Notabile C. de Impub. et alijs substi. Jas. latiss.e in d. l.

Margin notes:

[illegible]

1.° Item Leonardus et 4.5 a liuia fol 180 [illegible] venne p far il testamento, et non fu notato, per che diceuano esser zauariando

Media de Amentia [illegible] praecedentibus et subsequentibus

Amens dicitur cui mens et consilium deficit.

[illegible]

d. l. furiosum Soc. in cons.o 43. vol. p.o et Paris. in cons.o lxxxviij vol. 3. Et subinde q. d. Petrus testari non potuit l. ij. et l. fin. adversa valetudine ff de testa. et d. l. furiosum, eaq. species amentia cognoscit nisi a peritis ut inquit Regulinus, Ideoq. comprobatur depositio d. Nicolai asserentis ut supra cum sit peritus. Nec non idem dominus Paulus Regulinus perspicue declarat q. dominum Petrum fuisse mente alienatum, quia in vers.o Benche per la maggior parte etc. deponit quod laborantes eo morbo habent sensum tm communem, aestimativam et fantasiam, non autem cogitativam, et memorativam, ut per Janellum lib.o 3.o de anima c. 3.o Praeterea idem dominus Nic. Rorarius super 7.o fol. 130. tergo. dicit Jo credo che m. Piero del Conte il sabbato de di, et di notte zavariasse, perche anco li giorni precedenti non era sano di mente, et sic furiosus §. et. qui furiosi quia mente carent. Insti. quibus non est permis. fac. testa.

Nel sabbato et domenica, delli quali nel capitolo lo vidi zavariare, et intesi anco, et mi fu detto d'altri di casa, che esso haveva zavariato con Naranzi et lizafusina, Jo fui a visitarlo la dominica de matina et vidi chel zavariava et non rispondeva al proposito, et super q. Non lo visitai doppo disnare, perche la matina lo ritrovai senza speranza. et ita decessit postera die. Unde d. Petrus non praesumitur fuisse compos mentis ob propinquitatem mortis l. hac consultissima § at cum humana C. qui testa. face. pos. quia proximus morti similis mortuo habetur l. Jubemus post prin. C. de testa. Pau. de Castro notabiliter in cons.o CLV. vol. p.o col. 2 nu. 2 quia Angela testis n. livia fol. 202 ex ore ipsius d. livia deponit die dominico vehementi infirmitate gravatum fuisse, ut per d. Nicolaum Rorarium. ÷ Ulterius manifeste apparet de furore et amentia ex depositione testium, qui interfuerunt quando Eliseus Notarius erat paratus ad scribendum et furor statim apparuit continuare. Primo quia non providit de anima, nec de corporis

[Marginalia:] Amentiae species cognoscit nisi a peritis.

nemo praesumitur compos mentis ob propinquitatem mortis.

proximus morti similis mortuo.

÷ Ideoq. sequens est nimiae infirmitatis et furore laborans, sanae mentis patiebatur ... est pulcher tex. in l. C. si. ... qui testam. accu. pos.

sepultura, quemadmodum omnes sanæ mentis facere consueuerunt in eorum testamentis, quia ex qualitate actionum præsumitur l. litis. in fi. ff. de inoffi. testa. l. Pantomius § si ff. de leg. 3 cum simili. / Secundo ex uarietate uerborum, quia ignorantia est causa uariandi et non eadem respondendi Plato in Alcibiade .. P.o uel natura hominis, et ubi est ignorantia, ibi non est intellectus, et ubi non est intellectus, non est deliberatio, nec uoluntas. Bal. in l. i. C. de Confes. nu. 53. Modo enim dicitur Dominum Petrum dixisse lascio à Madonna Liuia mia moglie tutta la mia robba et Herede vniuersale. Modo lascio a Mad. Liuia una possessione. Modo la trebellianica. Modo le lascio una Camera la ?è da basso à man destra et nell'entrar dentro senza dir altro, ex sermonibus enim istis non congruentibus sano capiti, nec solitis fieri à testatoribus quis præsumitur furiosus Glo. in l. nec codicillos in glo. mag. ad fi. C. de codicil. tex. in l. apud. Julianu § i et ibi Bar. in i Not. ff. de lega. i. quia fatuus fatue loquitur, ut dictum est et stultus labiorum impingit Prouer. c. x. et uerba teste philosopho sunt expressiua earum quæ in mente atque in animo sunt passiones. et ob hoc dicitur ex ore tuo te iudico, et in dicto c. x. legitur circumscriptio amentis. Initium uerborum eius stultitia, et finis oris eius trica multæ, quia sermo stulti incipit à stultitia, et terminatur ad tricas quia incipit a deficiente intellectu, et terminatur ad intricationes nociuas; et experimentum uerorum sermonum est ut concordent rebus sensatis, et intellectu fruentibus ut refert Bal. in Rub. C. de probatio. Auerroem, et Aristotelem dicere, et in tractatu de scismate, quem posuit in Rub. C. si quis ali. testa. prohib. et in l. fi. C. de Edi. Di. Ad. tollen. Tertio ex illa conditione adiecta, Se la muore auanti di me, o morendo auanti di me, quemadmodum Testes omnes deponunt, Nec non ex illa diuersitate et Repugnantia dictorum dixisse fertur. lascio à Mad. Liuia la

sua

sua legitima lnbelliamica dote, et condote, et una possessione te-
nuta per un massaro di Montagna, et una camera di sotto ma
ritandosi quarchela esset amplióra, quam si foret instituta heres
Universalis, et sub conditione viduitatis, ex quibus testes, qui fue-
rant conuocati per dominum Hieronymum Susannam, et dominum
Ludouicum Partistaneum, ceperunt intelligere dominum Petrum
frenesi laborare, et esse constitutum extra intellectum. cum in-
conueniat deffinitioni testamenti, quod est uoluntatis habere nre
iusta sententia de eo, quod quis potest post mortem suam fieri
uoluit l. i. ff. de testa. et qui testa. fa. pos. quia inspicitur forma,
et substantia uerborum ad cognoscendum hominem sanæ mentis
ut in grauato morbo, et iam laborante frenesi, et proximo morti,
si unum uerbum solum protulerit, quod conueniat furioso, præsu-
mitur furiosus. lex. in l. quidam in suo ff de edilit. institutio.
vbi Glo. in uer. amoueri facit l. is, qui §. i. ff. de Tut. et
Curat. dat ab his Ang. de Gambellio in Tracta. de testa. in Glo. 13./
quia exteriora indicant animi secreta etiam in animalibus
brutis § Sanorum in fi insti de Re. diuisio. Illaque uerba, se
more auanti di me fuerunt etiam amenter prolata de mane quando
Sporenus fuit uocatus ad scribendum, Vnde Apparet furor
continuatus testes p. egr. Petrus Hieronymianus fol 102. ibi
soggiongendo la ragione, Perche m. Piero haueua uoluto lasciar
sua mogliér Herede universale, se la moriua auanti di lui xiij.
D. Ludouicus à Valle fol. 125. super 14. 15. et 16. Note il
mio Testamento io lascio mia moglier herede Vniversale, se more
auanti di me, et licet deponant de auditu, tamen perinde est
ac si ille, a quo intellexerunt, id diceret, qui erat uir prudens,
legalis, fidelis et non potuit examinari ob aduersam ualetudiné
ex qua decessit. D. Ludouicus Partistaneus fol 90 ibi buona me-
moria del sporeno, et testes omnes deponunt sup 15. et 16. cum
relatum sit in referente, et referentes sint plures, et omni

Margin notes:

dispositio testi

ad cognoscendum hominem sanæ mentis

Furiosus in morbo si quis in morbo [illegible] proximo morti

exteriora indicant [illegible]

Testes licet deponant de auditu,

exceptione maiores, et contra quos nil fuit prorsus oppositum, et consequenter cuiusmodi testes de auditu ita probant ut transferant onus probandi contrarium in adversarium Archidia. in c. hoc videt. XX. q. V. Alex. cons. 27. col. p. Pau. de Cast. cons. 17 incip. in causa quae vertit. in vi. col. vers. sunt et alij Ro. sing. 341. incip. testimonium de auditu, Cur. senior in Cons. 69. col. 2. et non est dubium, quod viro honesto creditur, quia non est praesumptio, quod velit dicere mendacium Glo. in l. Titio fundus ff. de conditio. et demonstra. c. ij. de ope. no. nuntia. ubi praesumitur quod bonus vir non deierabit Barba in cons. 3. incip. Clementissimi domini Patris col. xij. cc. prin. vol. 2. fili. in c. literas. col. 3. in vers. Primus casus ex. de praesumptio. Praesertim eo accedente, quod dictum Sporeni a testibus relat. habet concomitantia, et comprobationem recipit non modo ab illis testibus, qui cum Clitheo ingressi sunt talamum quon. domini Petri, verum etiam a Leonardo teste d. Lima fol. 180 qui dicit. non fu notato, perche dicevano, chel Zavariava. et a d. Francisco a fabris. fol. 126. et a d. Petro Cistario fol. 110. ita quod sumus de directo, et ex diametro in Regula iuris, quod quae non prosunt singula, multa iuvant, tamen quia ista singularitas testium non est adversativa, seu obstativa sed adminiculativa, et confirmatoria totius rei, temporis, et qualitatis q. domini Petri [tum quia Judex inquisitor veritatis debet cuncta rimari, nec astringere animum suum ad unam speciem probationis] quia una species condiuvat aliam, et confirmat l. iij. § i. ff de testi. sicut in corpore humano, ex membris multis sibi invicem cohaerentibus fit perfectum corpus l. rerum mixtum ff de usucap. et in melodijs ex multis consonantijs constat armonia, sive quaedam essentia. i. integritas quaedam ex proprijs suis constans, quae et forma dicitur, cui nihil est detrahen. tamen sicut est reperire in musicis tonum, et semitonum, ita in iudicijs est reperire probationem et semi-

Margin notes:

Testes de auditu [illegible]

Viro honesto [illegible]

Bonus vir [illegible]

[illegible]

[illegible]

Singularitas testium [illegible] non nocet

Judex inquisitor veritatis debet cuncta rimari,

Una species probationis [illegible] aliam

Corpus [illegible] ex multis membris sibi [illegible]

Melodia [illegible] multis [illegible] constat [illegible]

Essentia

[illegible] in iudicijs [illegible] probationem [illegible]

Semiprobationem, quæ adminiculis eget, ut in mente Judicis plene sonet, quia in probationibus surgit opinio ex diversis conjecturis, quæ tendunt ad eandem conclusionem finalem, et habent causas et similitudines, et consonantias contextas, et invicem colligatas l. q. sententiam C. de Poenis in illo ver. notabili conspirantes concordantesque in unum rei finem tendunt, quia una probatio influit in alteram, et alteram in alteram, et sic animus Judicis plene informatur, nec tales probationes dicuntur singulares, nec discrepantes, sed dicuntur contextuales, et conferentes, sive concurrentes ad eligendum unam debitam conclusionem. et tunc est vera illa regula. et quæ non prosunt singula etc. quia intellectus formatur rationibus, quæ sunt eius nervi, et ossa Judiciorum sunt probationes, et caro eius est materia, super qua, et sanguis est veritas, et caput est Judex, ita Bal. in c. cum causam de probatio col. i. [...] Tertio demonstratur ipsum non fuisse sanæ mentis, nec in recto sensu, ut deponunt omnes testes, quia est indiscreta voluntas instituentis Uxorem suam juvenem Heredem, et non instituendo agnatos proximos ita Matth. de afflic. in decis. 143 nu. 4 quia lex, quæ concessit gratiam testandi, non simpliciter illam concessit, sed rite, et recte ut disponat Testator, ibi sicut dignum est, et Glo. exponit Idest secundum leges, et bonos mores aliàs non valeret in auth. de Nuptijs, et quia cum testamentum dicatur quædam lex debet esse simile ipsi Legi, ne qui postremo loco sunt primo collocentur prout fit, quando institueretur Uxor, quæ omnibus deficientibus succedit marito. l. i. ff. et C. unde vir, et Uxor, et quidem esset instituta Uxor, quam Testator nunquam dilexit, propter quod etiam resultat non verisimilitudo, sicut nec veritas fuit unquam quod q. dominus Petrus habuerit voluntatem testandi ne dum testatus fuerit Legatur illius elegantis mulieris Valentinæ Platellæ

[Marginal notes: "In probationibus surgit opinio" — "Una probatio influit in alia" — "Intellectus formatur rationibus" — "Probatur non fuisse sanæ mentis" — "Lex quæ concessit gratiam testandi" — "Testamentum dicitur quædam lex" — "Uxor succedit marito deficientibus agnatis"]

deposito fol 93. tametsi nulliter fuit noluisse in testem quia mulier ~~litera~~ in testamento non potest testificari l. f. et ibi Glo. C. de Codicil. et plene Jas in leg. Hac consultiss.a C. de testa. in tantum, q etiam tempore pestis non admittitur prout firmat Alex. consulendo in Cons.o lxx. vol ij. l. fi. C. de testa. cum ibi not. plene dec. in q.o 284. Testis autem uerba sunt, uoi farete molto bene, perche non li hauete mai fatto apiacer, ne uestita, ne fatta niuna cosa bella ne perle. D. Presbiter Raphael. fol. 134. deponit de confessione ipsius Dominae Liviae super xxi. M. Piero non mi uoleua bene ma fingeua, et simulaua meco in ipsis epulis incontinenti post funus ductum quon. d. Petri. D. Presbiter Damianus super eodem xxi. fol. 120. tergo. Nel giorno, che morite il q. m. Piero, dimandai Madonna Liuia se m. Piero haueua fatto Testamento, la qual mi rispose, che no, et Jo li dissi, che donna sete ~~...~~ uui stata di non farli carezze, et di farli far testamento? ella rispose, lui non ha mai uoleslo farlo, ne mai mi ha uoluto bene et sempre simulaua meco, Ex quorum depositionibus et aliorum impugnantur depositiones quorundam mendicatorum testium de amore d. Petri erga d. Liuiam, quia nulla est maior probatio, quam propria oris confessio. l. Generaliter. C. de nō nu. pec. et c. per tuas de probatiō. quia iuramentum et Confessio aequiparantur. l. sed si possessori § pen. ff de iureiu. et confessio dicitur legitima probatio. Glo. in c. ad abolendam ex. de Haere. in ver. deprehensi, et extraiudicialis facta est probata probatio Ang. Areti. in § omnium in 7. col. insti. de actio. Bal. in l. deo nobis post prin. C. de episc. et cleri. et Bar. in l. admonendi ff. de iureiu. Plene Moder. repeten. criminalistae in Rub. de probatiō. Quinto quia constat, q. q. d. Petrus nullum propositum ex se habuit nec unquam deliberauit testari, quod omnimodo requiritur l. Pamphilo § propositum ff. d. leg. iij.

Doc.

mag.l Bernardino super 23 fol. 117. per totum.

Doc. omnes in l. 1. § si quis in ff. de uerb. oblig. Primum id constat ex confessione D. Liuiae probata duobus testibus videlz. D. Presbitero Raphaele super 22. fol. 134. et D. Presbitero Damiano fol. 120. super XXI. Deinde quia testes 3. D. Gabrielis sup 6. et 4. super 24. consone deponunt, quod D. Hieronymus Susanna Canonicus. D. Ludouicus Partistagnus, D. Antonius Susanna Canonicus, et D. Valentinus Muzaninus conuenerunt in unum, ut inducerent quon. Dominum Petrum ad testandum, et ipse Dominus Ludouicus id fatetur per tres dies uixum fuisse sup p.° fol. 196. id quod Prudens Sporenus optime sensit ut D. Ludouicus à valle super 14. 15, et 16. refert audiuisse ab ipso Sporeno in haec uerba, et cõe era stà instrutto, ma perche Zanariana non si ricordaua il modo, chel doueua disponer della roba sua, Postremo quia constat quod quatuor notarij fuerunt accersiti non ad postulationem q. Dni Petri, sed Domini Ludouici, et Domini Hieronymi, Immo Dnus Ludouicus de Partistagno fol. 90. Et 196. sup 5.° deponit quod Sporenus fuit uocatus contra uoluntatem D. Petri per ipsum D Ludouicum, et Valentinum, Clitheus uidetur accersitus nomine Domini Hieronymi, ut apparet ex ipsius Clithei depositione, dum sibi Dominus Hieronymus occurrit in initio scalae, et Dnus Ludouicus Partistagnus fol. 90. fu mandato poi per lo Sporeno etc. Cistarius fuit appellatus à Domino Ludouico Partistagno fol. 116. ipse Cistarius sup 19. D Franciscus à Fabris sup XX. fol. 126. à D. Hercule de Partistagno germano patruele D. Ludouici, Praeterea iussum fuit à praedictis impostoribus Jannuas claudi, nec aperiri illis del Conte Agnatis q. Domini Petri, quia qui male agit, odit lucem, testis 3. D. Gabrielis sup 6. li quali tutti mi chiamarono da si imponendomi, ch'io non douesse aprir la porta della strada ad alcuno di quelli del Conte etc. Item 4. fol 112. sup

qui male agit odit lucem

26 . Madonna Livia comando à tutti, che serrassino le porte delle strade, et che non si lasciasse entrar alcuno dentro di quelli del Conte; Volebant enim absq; impedimento inducere q. D. Petrum Notarios, et testes, legatur depositio eiusdem 4ti Testis super 27. et considerentur uerba Excellentis Domini Vincentij a Comite, et responsio Domini Ludouici. Relatio diei 12. maij. 1560. fol 237. et fraus ipsa oculis cernetur et consideretur illa Potio, quam dedit D. Liuia quon. Domino Petro paulo ante quam Testes introducerentur, ne uirtus collapsa deficeret tantisper dum extorqueretur Testamentum à prostrato grauissima infirmitate, et constituto extra rectum intellectum. His itaq; stantib; in facto uerissimis plures sequuntur iuris Conclusiones et Prima quod non potest dici q. Dominum Petrum fuisse testatum cum nullum habuerit testandi propositum, ac uoluntatem. d. l. Pamphilo §. propositum ff de leg. 3. quia de perficientibus actus humanos est præcipua uoluntas, quæ est deliberatio animi. l. non ois ff. si cer. pet. c. cum sup de offi deleg. Vbi Jo. And. C. cum te Vbi Bal. C. de donatio. ant. Nup. et proinde leges omnes loquentes de Testamentis, seu de Hæredibus instituendis habent uerbum Volo. tanq; præambulum, et ita practici Notarij seruant præponendo. Volens intestatus decedere, uel uolens de rebus suis disponere, Proinde Pau de Cast. in Consº. 155. Vol. pº. col. 2. in quit, q quando facta fuit interrogatio à propinquis qui affectabant institutionem, uel ab alio submisso per eos, et non apparet q præcesserit uoluntas de talibus instituendis, non habentur p institutis. Secunda, quod nec Testamentum dici potest, quod sponte Testator non fecit sed impulsu alieno. L. i. C. si quis aliquem Testa. prohibue. uel coege. quæquidem lex mirifice congruit huic facto, dum dicitur quos noluerit, scripserit, cum ex præallegatis liqueat. q. D. Petrum nec amasse D. Liuiam nec D. Liuiam potuisse

prouo-

Qui nō [illegible]

[illegible] deliberatio [illegible] animi

verbum volo in testamentis [illegible]

[illegible]

Testam [illegible]

prouocari illius in se Judicium Neq; enim minor fit coactio blandis uerbis ac subdolis impulsionibus, quam facto uiolento l. i. C de Rap. virgi. in fi. et uoluntas callidítate captata, uel ex seductione uel ex solicitatione non dicitur uoluntas l. iij. § si quis nolentem ff. de lib. Ho. exhib. maxime inspecta frequentissima et nimia importunitate domini Ludouici, qui (ut ipse inquit in prima, et secunda depositione) duos, et tres dies ante operam omnem consumpserat, nec non ~~in Cons~~ ... die mortis praeambula ter induxit, et graui infirmitate, et animi perturbatione, ob instantem mortis horam, ob quas solent fere omnes potius annuere, quam renuere, ut dicunt omnes in l. i. § si quis in ff. de verb. oblig. et Jo. And. in additio spec. in tit. de testa. in § in princi. in additio. ~~ob instantem mortis horam~~. quae incipit Pylius in fi. inquit Alber. papien. tenuisse quod etiam si Notarius adhibitus non a Testatore, sed a propinquis ad eorum instantiam scripsit Testamentum et institutionem de ipsis, posteaq; legit coram testatore et interrogauit an ita, et Respondit quod sic, quod istud non sufficit, quia de facili infirmus, et quasi mortuus respondit, quod sic. Tunc ergo dicit sufficere talem responsionem, quando constabat de intentione Testatoris, anteq; interrogatus esset, quod ita uolebat facere, et ita dicit loqui ~~di~~ d. § propositum quae uerba sunt notabilia, et uera, et cum magna discretione dicta, tum quia cum Testamentum dicatur quaedam lex, utiq; debet praecedere confectionem Testamenti matura, et maxima deliberatio, tum quia dicunt hoc in l. i. C. de Sacros. Eccle. quod Stilus Testandi debet esse liber, et sic non dependere ab alterius uoluntate l. illa institutio et l captatorias ff de Hared. insti. / Tertia quod cum nec Notarius, nec testes fuerint rogati a q. d. Petro qui dicitur uoluisse

[Marginal notes:]
uoluntas ... pro ...
in morte, animo oes solent potius consentire quam renuere
Rom. in qs. 306. proposita consultatio.
post scripturam ... interrogauit an ita ...
infirmus potius consentit quam dissentit
... testandi ... non dependere ab alterius uoluntate.
Voluntas testatoris dependet ... tempore, quo maxime ... Alex. ... 54. col. 3 col. ...

testari nuncupatiué manu tamen Notarij, et ita scriptura inter=
cedente, prout requiritur in Test.º l. Hæredes palá § pen. ff de
Testa. et l. hac consultissª in prin. C. de testa. ‖ eiusmodi testes
nil probant, cum non dicant se fuisse à Testatore adhibitos, et
rogatos, et hoc opportet articulari, et probari Glo. in §. fi. insti. de
Testa. Bar. in l. diuus ff de Testa. Mili. Ang. Areti. in §.
sed hæc quidem, qui est §. fi. insti. de Testa. ubi dicit, quod ui=
dit quendam peritum Aduocatum Perusij errare se assidete,
et propter hoc perdere causam. Afflic. decis. 123. Cor. in cs.º
304. uol. p.º nu. 5. et 176. Vol. 3. nu. 6. post Alex. cs.º 70.
Vito consº. vol 2. ‖ Requiritur enim obseruatio Modi, ut scilicet
quis eo modo disponat, qui in eo actu, uel in ea dispositione tra=
ditus est, quia modi sunt reperti, qui omnino per disponentes
seruari debent, alias actus non consistit. iux. illud Horatij.
est modus tamen rebus, sunt certi. denique fines, quos ultra,
citraque nequit consistere rectum, prout notatum in Rub.
insti. per quas perso. nob. acqui. et probatur in §. i. Insti.
de exhæreda libe. cum simi. Hæc enim tria sunt, Voluntas,
Potestas, et Modus, quia Canonizant omnes actus humanos
ut inquit Bal. in consº. 326. dux. Romanorum col. 2. vol. i.
Soc. Iun. in consº. Lxxij. vol. pº col. 3ª. quia actus forma
non seruata corruit. l. Iulianus §. sed. et si quis ff ad
exhib. et l. cum hi §. si Prætor ff de Transactio. Nec non
quia ubicunque aliquis eligit uiam Testandi incontinenti omnes
leges loquentes de Testamentis trahuntur ad Iudicium Testatoris.
l. i. §. lex Falcidia ff. ad leg. Falcid. et l. i. §. i. ff de Mun.
et Hono. et ubique per Bal. in l. omnes populi ff de Insti. et
Iure. cum præsumatur scire iura. et maxime leges suæ Patriæ
l. leges C. de legi. l. regula. in prin. ff de iu. et fac. igno.

Ideoque

‖ Ita de Anania ... 3. ... ubi enume=rat ... in quibus requiritur rogitus. ... n.º 2. Nec ... [illegible]

Maxime quando actus fit seu celebratur non secundum formam Statuti seu legis quia est nullus, l. non dubium C. de legi. Alex. cs.º 7. vol. 7. et cs. 24 uol 4.

Ideoq debet testari secundum regulas iuris, cum facultas testandi sit quoddam singulare privilegium á lege concessum Glo. in l. illa institutio ff de Hared. insti. Pau. de cast in Rub. de testa. et Glo in § ex his omnibus viij q. i. Quarta, quia testes omnes concordant, quód Notarius fuit accersitus, ut scriberet, et ita redigeret in scriptis voluntatem quon. d Petri, quód cum non scripserit, nec redegerit, nulla dispositio testamentaria appellari potest, quia Notarius faciens ~~fert~~ ~~pore~~ maturá (quod est in fortioribus terminis) nec eam legit coram testibus, nec in carta pura scripsit, talis Scriptura non valet iure testamenti, nec iure codicillorum, etiam si fideicommissum ibi sit relictum tex. est cum Glo. ad literam in l. fideicommissa § quoties ff de leg. iij. quia non dicitur absolutum, nec perfectum Cor. in cons.° 307. vol. 3. in prin. ut de contractu, á quo licet arguere ad testamentum praesertim in solemnitatibus requisitis, quia idem operatur genus in suo genere, quod species in sua specie, ponit Glo. in l contractus C de fide instru. et Sali. in l. in bona fidei C. de Pac. Alex cons° x. Vol. p°. col. fi. Vers° quinto confirmatur Cepo. cons°. xxij criminalium nu. 26. Argumentum l. si is. in fi. ff de testa, ubi hr, quód contractus tunc dicitur absolutus et perfectus quando per Notarium coram partibus et testibus lectum et publicatum fuit instrum.ti et partes illi concorditer ita publicato consentiunt, et app.ne contractus continetur testamentum l eadem ff de duo. reis not Glo. de qua Bal. facit magnum festum in § item ~~salutio~~ Salvata in tit° d pace Juramento firm. est tex. in l hac consultissima §. et cum Sumana C. qui testa fa. pos. Cor. cons° 53 nu. 3. Vol. p°. Soc. Jun. cons°. 144 vol. 2°. Grammati. decis. 62. nu. 14. et seq. et ponit Ang Areti. in Tracta. de testa. in Glo: in ver. lectum. et perfectum ut nec publicari possit eiusmodi cedula, ut not Bar in d. § quoties et facit lex. in l lucius ff de testa. Mili, et in l. scien. ff de verb. oblig. vers° sed quid et Ideo opus est. quód semper

Marginal notes:
facultas testandi est singulare privilegium a lege concessum
Notarius faciens imbreviaturam
Pau. de Cast cons. 450. vol. 2do
argumentum de contractu ad testamentum quoad solemnitates
Contractus quando dr perfectus
Testamentum continetur sub nomine contractus
In Glo. mag. afflic. decis. 160 nu. 6. Ita in test.

in fine schedulæ Testamenti dicatur ~~dicatur~~ per Notarium,
Actum factum, et subdit Idem Ang esse notabile, quia bis dicta *uidit* de
facto, et ita communi consensu, et Iudicio Testium in hoc casu
nihil habitum fuit pro perfecto, et absoluto, et ita re ~~imp~~ infecta
recessum fuit, quod etiam apertissime declaratur, quia ipsi illi,
qui elaborauerant fieri Testamentum ab Elitheo. Conuocauerunt alios
Notarios ad illud ipsum, id quod minime fecissent, quando habuis-
sent pro perfecto, et absoluto eo, quod imperfectum, et nullum erat,
quia lex et natura nihil frustra operatur l. qui bis idem ff de
verb oblig. Vnde mirum est, quod Hæc D. Liuia tam appetens
sit ut ex imperfecto, Immo nullo Testamento ausa fuerit petere
Hæreditatem q. domini Petri, quam ne Imperator quidem ausus
foret l. ex imperfecto C de testa. cum concordantibus adductis ibi per
Glo cum fauore tantum filiorum id indultum sit l. hac consultiss.ª
§. ex imperfecto C eo tit.º Sexto principaliter quia dato
sed non concesso immo expresse negato, quod q. dominus Petrus
fuerit sanæ mentis, et uoluerit testari, Nihilominus legitime, et cũ
solemnitate debita, non potest dici fuisse probatum Testamentum,
nec ultima Voluntas [illegible]
quia in Vrbe requiruntur a lege septem testes rogati qui interfuerint
Testamento, et concordent de formalitate ac tenore Testamenti
iuxta dispositionem constitutionis Patriæ sub Rub. de Testamentis
nu. CXLiiij. quæ tam in ratione ad hoc ut ultimæ uoluntates
defunctorum non ualeant defraudari l. fi. C d. fideicom. q; in
numero testium adhæret iuri Ciuili exploso canonico ibi q, in
Testamentis quæ fieri contigerit in terris muratis uel Castris,
aut suburbijs suis septem testes secundum iura Ciuilia debeant
adhiberi Tex. est contextualis cum constitutione Patriæ in § fi.
insti de testa. ibi iure ciuili septem testibus adhibitis, et l. hac
Consultiss.ª C. eo. ibi rogatis testibus septem numero, non solum
gratia probationis, sed etiam de solemnitate substantiali, ut pro-
batur in l. si vnus C. eo. tit.º vbi Testamentum corruit, si de-
ficiat

[Margin notes, left:] [illegible] — septem testes requiruntur in Vrbe [illegible] — Testamentum corruit si deficit unus testis.

ficiat unus testis. et tamen adsunt sex testes, per quos posset probari uoluntas ipsius Testatoris. Ad idem facit tex. in d. C. Hac consultissima §. ex imperfecto, ubi apponitur clausula derogatoria ad Testamentum in quo non fuerunt adhibiti Testes septem. Ergo est de forma substantiali, alias non annullaretur ipsum Testamentum ipso iure considerato effectu, cum non possit probari uoluntas Testatoris ut in simili dicitur in l. Non legatam. ff de adimen. lega. et l. eleganter in prin. ff de dolo. Comprobat. per Tex. in §. fi. non speciali C. de Testa. Vbi Testamentum nullo iure ualet si solemnitas testandi etiam in numero testium non fuit relaxata speciali priuilegio Patriæ. Cuius contrarium est Constitutum per dictam Constitutionem Patriæ, quæ præfiniuit numerum septem testium, non autem quatuor, tantum in ciuitatibus muratis, prout dictum est uideri dominam Liuiam habere. ex quo sequitur quod ubi per statutum, uel legem exigitur certus numerus Testium in aliquo actu, illi testes non modo debent esse eius numeri sed etiam rogati, alias nihil probant Tex. in l. scripturas C. qui potiores in pig. hab. Iun. Areti. in cons. lxiiij. Incip. diligenter et mature col. 2. a vers. amplius usque in finem, vbi inquit, quod non sufficerent duo tantum, ut disp. illius legis locum haberet et Glo. sing. in l. nullum ff de diuor. Lanfran. de Oria in Repeti. l. admonendi col. 16. vers. Quinta conclusio ff de iureiu. Nam cum Testamentum sit Iuris publici non potest mutari forma, nec iuri publico derogari a priuatis l. Testandi C. de Testa. quia nemo potest facere, quin leges in eius Testamenta locum habeant. l. nemo potest ff de leg. i. Vbi Bar. et alij omnes repet. concludunt. quod cum numerus septem testium sit de forma substantiali, quæ dat esse rei. l. Iulianus §. sed si quis ff. ad exhiben. cum uulgaribus nullum est Testamentum deficiente præfinito numero, et plene Ias. in l. 2. C. de Bon. posses. secun. Tab. ... Mar. Anto. Natta in Consilio 423. vol. 2°.

[Marginal notes:]
Testamentum nullo iure ualet si in eo non fuerunt solemnitates [illegible]
ubi per statutum ... numerus ... in aliquo actu
testamentum est iuris publici
nemo potest facere quin leges in suo testamento locum habeant
numerus septem testium est de forma substantiali

et plenissime congerit ad hanc causam facientia Gram. in decis. 62. quia testamentum non solemne non probat Afflic. decis. 53 ‖.

‖ et d. Benedictus Capra pulchre in q. 75. cum dirimendo multos et casus in pñti casu a n.° 26. citra, quia qui uiit statuto non obseruata solemnitate illius priuat. beneficio ipsius soc. cons. 51. Vol. 4 et ult. Tiraquel. in trac. de ligna. glo. 7. §. 8. in uers. le retrayant n.° 15.

Non obstant primum et secundum adducta in contrarium, quia praescriptio cedit ueritati, quae quidem ueritas fuit quod nec tempore illo quo articulatur testatus nec ante erat sanae mentis, ut testes adhibiti concorditer concluserunt cum Not.°; Tertius mag. Alouisius fol 76. qui licet uideatur aliquantisper subuereri, tn. dum subdit - era grauemente amalato, concludit illum non fuisse mente integra, quia grauitate morbi oppressi, et praesertim ea specie, qua laborabat dominus Petrus inducit secundum peritos mentis exilium. Nec non dum deponit, quod d. Petrus dixit lascio qui a' Madonna Liuia se la more auanti di me. et Zauariaua su queste cose, clare exprimit rectitudine intellectus caruisse. Primo quia ibi non erat d. Liuia, et ipse dicit qui a' Madonna Liuia. secundo quia adiecit conditionem mere fatuam, se la more auanti di me. 3.° addit et zauariana, et ita occupatus erat frenesi. ob quam Judicium non subsistit. Quibus egregius Elisheus fol. 82. Note se Mad.a Liuia more auanti di me. Secundo Non lo scrissi, perche giudicai che lui non fusse di mente sana, addendo quelle parole, morendo auanti di me. 3.° io mi partiti con animo di non hauer hauuta cosa alcuna degna di notar, per le parole auanti di me morendo, Sextus d. Franciscus Floreanus fol 86. Non era troppo in ceruello. 2.° Noi non tenissimo. che l'hauesse fatto con quella solennita, et sincerita che bisognaua. 3.° Se la more auanti di me. Septimus dominus Lodouicus fol 88. Volendo incominciar a' esprimer la sua uolunta, con affanno et ansiando barbottaua. 2.° se Madonna Liuia more auanti di me. Il pouer Gentil'huomo era grauato di male talmente, che non era in se. o in termini di poter testar. 3.° disse lascio la sua leg.ma et non la mia. 4.° si risolueuimo di non star a perder tempo

et

et così tutti concordi uscissimo dalla Camera. 5.° Haueua la faccia auampata, et un continuo ansiamento. Decimus D. Bartholomeus Iursius fol. 94. Noi si partissimo risoluti che non hauesse fatto Testamento. 2.° Per l'ordine del procieder et delle parole non mi parue in Ceruello, quae quidem uerba Testis ipse dicit non fuisse primum bene intellecta, sed rursus interpellato Domino Petro subdit. et in questo incominciò à dir. Io lascio à mia moglier se la more auanti di me, et in quella uolta noi cominciassimo à guardarsi, et cignarsi, et Haec erant illa uerba non bene intellecta, 3.° lasciò la sua legitima et trebellianica à Madonna Liuia. Undecimus D. Josephus Jiruglius fol. 98 lasciò Madonna Liuia mia herede Uniuersale se la more auanti di me. 2.° de uarietate et inconstantia relinquendi modo unum, modo aliud. 3.° partissimo così irresoluti. Era molto aggrauato di male, et staua molto male. Omitto recitationem aliorum Testium, de quibus supra dictum est in primo fundamento pro decisione. Nam sicut plures praesumptiones, et propinquiores, et magis speciales et uerisimiliores semper debent praeferri. l. Diuus ff de Resti. in integ. l. cum de indebito ff de probationibus. ubi Bar. et Bal. in l. siue possidetis in fi. C de Reb. Ias. in l. si extraneus col. 2. ff. de conditio. ob cau. Cur. Iun. in cons.° 178. col. 2. Ita Maior ratio uincit minorem et probatio maior uincit probationem minorem. Dec. cons.° 302 col. 5. late congessit Mars. in suo Prac. Crim. in § diligenter à nu. 192. usque ad nu. 199. Unde sequitur quod depositio 1. 2. et 4. testium non est quouis modo considerabilis. Primo aduersantibus tot testibus cum redditione optimarum rationum, et deponentibus uerisimiliora. qui praeferuntur, et si deponant super negatiua Bal. in l. diem praeferre § si plures ff de Arb. et non obscure sentit Glo. in c. Clerici lxxxi. distin. quam sic

plures praesumptiones et propinquiores

maior ratio uincit minorem et probatio maior uincit minorem

intelligit. et dicit sing. Barba. 91° xxix. col. 13 vol p° et in cons° 7mo col 4 vol. 2. Tiraq. in Praefatione l. si unq. de revo. dona. nu. 467 2° quia illi tres testes non deponunt certitudinarie, sed opinative, Mi pare, nullamque scientiae reddunt rationem, Ideoq. non probant l. sola C. de test. et in c. cum causam quae inter Archiepm eo. tit° Alex. cons° 136. vol p° Incip. viso, et examinato Nec non postponuntur testibus reddentibus rationem, et causam Scientiae Bal. in l. Praesbiteri. C. de episco. et Cleri. Inno. in c. cum contingat de offi. deleg. Fel. in c. in Nra in ver. et praeferuntur causam reddentes de test. Tertio non obstant stantibus dictis in primo fundamento decisivo. et in quarta conclusione quinti principalis fundamenti. Non obstat id quod dicebat de Imperitia Notarij, ut minime noceat, quia Alex. ibi loquitur de Imperitia Significationis Verborum. Hic vero tractatur an Testator fuerit sanae mentis, quod interdum percipitur sensu communi exteriori, dum videmus aliquem projicere lapides, ut furiosi solent. Interdum Jud° intellectus, cum quis agit, vel loquitur ut Vir prudens, Et in praesenti causa Notarius habet contestes, et ita probat; Maxime cum non sit verisimile, quod si potuisset scribere testamentum, illud non scripsisset spe lucri, quia si dolose spes affulserit nummi. Corvos Poe. et Poetridas Picas cantare credas Pegaseium melos. In quo quidem articulo an Notario creditur, quod Testator fuerit sanae mentis, quando testatus est. Jo. de Matta. in l. 2 ff de testa. tenuit q. Bal. ut legere est in tracta. Ang. de Gambil. in Glo 3. nu. 4. quod non est praesentis speculationis. Non obstant adducta tertio loco; Primo quia licet Testamentum sit de iure gentium, tamen respectu solemnitatum est de iure Civili Bar. in l. ex hoc iure. ff de Justi. et ita l. iij. ff de testa. ubi dicitur quod Testamenti factio est publici Juris, quia illud

verum

[margin:] ... nõ deponunt certitudinarie

[margin:] quia testes 3. ut 4. non sufficiunt ad solemnizandum Testamenti codicilli aliorumve ultimae voluntatem, plene Capra in q. 91 6° nu. 12 maxime cum et alterna constitutio n° 147 requirat probationem per legitimum numerum testium. Unde cognoscit[ur] enixa necessitas statutum, cum bis idem contineatur arg. l. Balista ff. ad Trebel.

[margin:] Testamentum ... gentium sed respectu solemnitatum est de iure civili

[margin:] [illegible]

uerum. quod ad solemnitates, non autem quo ad intentionem. et origimem. Ita. Cur. sen. in Cons.o lxv. nu. 3. Et d. And. Tiraq. in Tracta. de iure Primigenior. in vij. 9. Inquit, quod licet substantia Testamenti esset de Iure gentium, tamen adiectiones formales sunt de iure ciuili. Vnde ista facultas, quae in Testamento requiritur, uidetur à iure Ciuili introducta l. i. C de Sacros. Eccle. et l. stip.tio hoc modo concepta ff de verb. oblig. et l. ex eo. C. de Inutili. Stip. || Vnde cum nec Notarius, nec Testes fuerint rogati, Immo nec accersiti à Notario, ut in 5.o fundamento principali dictum, et ostensum fuit. Nec legitimus, ac Taxatus numerus Testium à iure Ciuili appareat, necesse est dicere Testamentum non solemne non esse Testamentum, ut patet ex ijs, quae not. in l. ij. C. de Edi. Di. Ad. tollen. et in l. l. ij. in prin. ff. quemadmo. Testa. aperi. et in l. si quis aliquid § Testamentum ff de Poe. Ideoq. nec tunc dicitur defunctus testatus decessisse, Cum ipso iure Testamentum careat solemnitate l. si unus. C. de Testa. et l. Gallus §. in omnibus ff de lib. et Posth. et l. inter caetera eo. tit.o et l. i. et l. Posthumorum, et l. cum in secundo ff de iniust. Testa. cum simili. Secundò quia c. cum esses, et c. relatum loquunt. in Testamento condito ad Pias causas, ut ibi per Glo. et scriben. Cor. 9s.o 307. vol. 3. nu. 4. et 215. vol. 2. nu. 4. et ita est Communis sententia relata per Cor. in 9s.o cxxxvij. in prin. vol. 2.do Secundo quia Hic non interuenit Parochianus, prout requiritur in dictis Capitulis. Cor. in 9s.o cclxi. vol 4. nu. 9. in vers.o Nec sufficiunt tres etiam de iure Canonico, nisi intersit Presbiter Parochialis, et in 9s.o Galleg. cxxxvij. vol. 2. col. pa. dicit communiter teneri et practicari. quod nil immutatum sit de iure Ciuili per dicta Capitula, nisi interuenerit presbiter proprius Testatoris, quia prout ibi habetur. ex quo presbitero parochiali est commissa

|| Et ultra quod [illegible] testes, de hic [illegible], lib. de [illegible] testam. 2 [illegible] Regulas iuris Ciuilis [illegible] in 4. q. Princip. nu. 52.

[illegible]

[illegible]

cura animae ipsius Testatoris, et ius circam curam animae de tali Praesbitero confidit. Confidit quoq. circa distributionem temporalium bonorum. ita Cor. in q.s. 77 in prin. vol. p.° ~~3.° quia dispositio dictorum Capitulorum procedit tantum in locis subiectis Ecclesia~~ ~~et~~ in q.s. 82 vol. p.° relato p. Dec. in Cons.° 284 nu. 6 concludit. quod ubi non interuenit Praesbiter Parochialis, non ualet Testamentum non seruata forma iuris ciuilis. et in Terris ecclesiae. et ita est communis op.° ut idem ~~Dec.~~ ibidem refert Imo. dicere. / 3.° quia dispositio dictorum Capitulorum procedit tantum in locis subiectis Ecclesiae, ut per Glo. in eisdem Capitulis, et consuluit in Patria Fori Julij in Loco Portusgruary Card. Zuberel. in Cons.° 73. Dec. in cons.° ~~284 nu. 7~~ IX

4.° quia Habemus Statutum sub Rub. de Testametis, quod uult septem testes adhiberi secundum iura Ciuilia, Cui quidem Statuto est stādū, et secundum illud iudicare L. omnes Populi ff de Justi. et iur. et si ius commune esset in Contrarium Bal. in c. 1. §. iniuria in vers.° sed numquid Judex de Pa. Iur. ferman. subijciendo rationem, quia Statuta sunt p̄cisē iuris, et formae, et Idem Bal. in Auth. sed nouo iure C de Jur. et in c. 1. §. 1. Vers.° quaeritur in Tit.° qui feuda pos. Nec non quia Statuta loci, in quo res ipsa sita est, seruari debent L si sine haerede ff §. Lucius ff. de Admini. Tut. et l. an in totum. C. de Aedif. Priua. et l. venditor. §. si constat ff. com. Praed. et l. forma ff de Censi. Bar. in L. 1. in s. q. et ibi quoq. alij C. de summa Trini, et fide Catho. Ex quibus tollitur obiectum de Statuto almae Vrbis venetiar. Nec non quia localiter disponit. et non extenditur ad alia loca, et ciuitates, quae iure suo speciali utuntur approbato ab Ill.mo Do. Veneto, et quia in decisorijs seruamus Statuta loci celebrati contractus Bar. in l. de qb. ff de Legi

Anch.

[Margin notes:]
ll Capra in d. q.s. 75. ubi d. intellectu dict. cap. cū esses. Capy Hispan. d. Cas in Decis. 201.

[illegible marginal notes]

Anch. in c. quo iure n. 8 vij. Immo. in Rub. de Consue. /
Proinde dd. cc. Cum esses, et relatum retorqueatur contra
D. Liviam quia affirmant, quod testamenta, quæ fiunt in
ultima voluntate; penitus rescinduntur. Nisi cum subscriptione
septem vel quinque testium fiunt secundum quod leges hu-
manæ decernunt. Nempe in Civitate VII: In villis V. ad
quas quidem leges Sumaras, Idest civiles, cum Constitutio præ
se referat, recipit omnes interpretationes, et qualitates in-
dultas ab iure civili in testamenti factione. l. ius autem
civile à contrario sensu ff. d. Iust. et iu. et l. Cæsar. ff de
Publica. et vectiga. et c. cum dilectus ubi Butr. et Imo.
de Consuetu. Et cum dicta Constitutio sit promulgata iuri Comu-
ni concordans; censetur indulta ad confirmationem ipsius l.
quia actionum ff. d. Præscrip. ver. Ergo non debet Ius
contrarium inducere, aut operari, quia indulta ad augmentum
non debent operari diminutionem l. legata inutiliter ff. de
leg. i. et l. cum virum et ibi Albe. ff. d. Tri. Vi. ol. leg.
Quare intrepidè concludo declarandum fore, et esse prætensio-
nem Dominæ Liviæ non debere relevari, nec publicari; pro
ut petijt cum expensis. /

Indulta ad augmentum non debent operari diminutionem

Venio nunc ad secundam quæstionem super instantia Dominæ
Liviæ diei 14 iunij 1550 fol. 21 et in scriptura fol. 42 causa
ornamentorum, et uestium festiuarum de quibus in actu diei 17
eiusdem fol. 25 quæ declaratum fuit debere deponi penes
depositarium in dicto actu diei 17 Junij et licet prima facie
videretur dicendum illa spectare ad dominam Liviam vigore Consti-
tutionis Patriæ sub Rub. CXXV de uestimentis, et alijs ornamentis
dominarum, quæ secum portant ad maritum, uel donatis tem-
pore nuptiarum, per quam quidem Constitutionem relatam

pro fundamento intentionis ipsius dominae Liviae in dicta scriptura
fol 42. videtur dispositum quod mortuo viro vestes praepara
menta, ornamenta, clenodia, Bilisia, Iocalia et coetera alia
bona mobilia per ipsam dominam ad domum mariti portata,
vel eius nomine, ac etiam omnia eidem dominae donata tempo
re nuptiarum, ante, vel post per quancunque personam, seu
donata eidem per maritum suum seu empta, vel deputata
ad usum seu ornamentum ipsius dominae libere, et expedite
sine aliquo impedimento dimittantur relaxentur et restituantur
eidem dominae si extant. [Ornatus enim seu ornamentum — *margin:* ornament. qd est]
constat ex auro, argento, gemmis, et vestibus l. arg.to § mun
dus ff. de au. et arg. lega. et Tessalia. in lib. de habitu mulier.
Secundo quia videtur, quod dicta domina Livia sufficienter
probaverit quondam d. Petrum ante desponsationem et traductionem
donavisse ipsi d. Liviae vestem, oloscerici, mola[cei] et alia ornamen
ta. Valentina Platella fol 163 dominicus q. Victoris de Percoto
fol 168. Ita quod non modo dispositio constitutionis Patriae debet
habere locum, quia cui conveniunt verba legis, convenit quoque — *margin:* verba legis cui conveniunt ...
leges dispositio l. iiij. § quoties ff. de dam. infecto / Verum et
dispositio iuris Communis, quae habet, quod donatio, quae
inter virum et uxorem non valet, confirmatur si interveneri — *margin:* donatio inter virum et uxorem ... confirmatur ...
rit traditio, vel aliud, quod pro traditione habeatur Glo. in
l. ij in verb. per pot. Unde Bar. C. de do. cau. non nume.
et late in l. papinianus ff. de donatio. int. vi. et uxo. et in l.
si Pr. in prin. ff. de dona. ... in qo 202. col. 13.
Alba. qo 4. nu. 17. et 14 Tiraquel in Tracta. de iure
Constituti in 1a parte in 7. limitatione nu. 13. / ubi dicit
ita communiter teneri / Tertio quia videtur, quod sumus
in casu legis, cum in re C. de donatio. ante nuptias cum

probatio

probatum extiterit dictum olosericu. et lapides pretiosas fuisse traditos à sponso, sponsa ante desponsationem, et traductionem, quae de iure valet, ut in d. l. cum in te. Pont. Ro. in summa C. eo tit.° in fi. et concordat, quia rex non videtur intervenire tacita domesticitas, et consequenter non subest ratio spoliationis mutuae. Imo. in l. si soror. § Lucius ff. sol. Mar. et concordat cum dicta constitutione Patriae ibi tempore nuptiarum ante vel post, cum statuta quoque recipiant interpretationem passivam a iure communi. Doc. omnes in l. omnes populi ff. de Iust. et iu. His tamen non obstantibus contrarium de iure verius esse puto ex pluribus, et potissimum stantibus dispositis per constitutionem Patriae nu. CXXVI. In vers.° super vestibus autem, Iocalibus. Clanodijs. Parapharnentis, ornamentis et alijs bonis quibuscunque donatis uxori, vel emptis, seu paratis ad ornamentum Uxoris per maritum post tempus nuptiarum non valent testari nisi cum consensu mariti, Nam cum Uxor possit testari nisi cum consensu mariti de huiusmodi rebus, Clarum est dominium illarum non fuisse translatum in Uxorem, quia si dominium libere fuisset translatum consensus mariti frustra requireretur, quia res mea nemini servit. Maritus enim vestas pretiosas et ornamenta facit Uxori, non ut transferat dominium in eam, verum gratia sui, ut sibi ornatior incedat Bar. et alij in l. Ven. § 1. ff. solut. Matri. Bal. in Auth. ex Testa.to C. de Collatio. Ro. cons.° 146. ista quaestio Ang. cons.° 134 Afflic. decis. 315 et Mar. Anto. Natta. cons.° 147. Vol. 1° ubi testatur hanc esse communem opinionem, et quod pertinent ad maritum, eiusve haeredes, quae quidem causa cum respiciat tm. tempus matrimonij illo dissoluto videtur cessare causa concessionis, et subinde effectus debet cessare c. cum cessante de Appellatio. et quia limitata causa limitatum producit effectum l. in agris. ff. de acqui. re do. et ubi in dubio alia coniectura capi potest, Non praesumitur donatio l. cum de indebito. ff. de proba. l. si cum. aur. ff. de solutio.

Statuta recipiunt interpretationem passivam a iure com.

Res mea nemini servit

Maritus vestes pretiosas facit uxori ad hoc ut ornatius incedat, non autem ut in eam transferat dominium.

Limitatam causam parit limitatum effectum

In dubio ubi alia coniectura capi potest donatio non praesumitur.

Sed hoc casu potest cadere. et cadit coniectura legalis. quia maritus praestat spetiosa uestimenta sponsae. uel vxori, ut sibi ornatior incedat lex. in l. si ut certo § interdum ff commod ibi sponsae forte suae uel vxori quo honestius culta ad se deduceretur, ad idem tex in l. Socio. § ulti ff de an. lega. et in l. sed interim, et in l. quae in nupta ff. de dona. inter vi. et vxo Ideoq; donatio non est praesumenda. Maxime cum uiduas. quae maritis carent, quibus sint grata futura, non deceat tam bona atq; nitida deferre uestimenta. quae quae mantos habent ita Bal in cons.o 30 vol 5. ¶ Secundo quia donatio facta a sponso sponsae iam nuptae sibi antequam ducatur ad domum mariti, et antequam tabula dotis signentur non ualet. nisi fiat ante matrimonium l. Ten. ff de dona. inter vi. et vxo. ubi Salicetus hoc expirat in Matrimonio contracto per uerba de praesenti et est glo. in terminis in l. iij. ff eo. tit.o et de annulis et de Iocalibus scribit eleganter Mar Anto Natta. in cs.o 317 vol 2. ¶

Tertio quia in consuetudine ita receptum est in Iudicando sententia fol. 250. et 252., testesq; omni exceptione maiores fol. 238. cum sequentibus. quia consuetudo est optima legum Interpres, et ab eius interpretatione non est recedendum, maxime quando consonat cum iure communi l. si de interpretatione ff. de legi. cum seq. Et cum praeclari doctores attestantur cum iuramento de eiusmodi Consuetudine, Illorum dispositioni standum est tum quia consuetudo, et rebus iudicatis, in contradictorio Iudicio probatur l. cum de consuetudine ff de ~~testib.~~ legib. Nec non testibus Bar. in l. fi. in 26. q. C. quae sit longa. Consue. Tum quia doctori asserenti consuetudinem creditur cum iuramento. Bar in l. de quibus in 4 q. prin ff de legi. Ubi late Ias. Guido papa in Cons.o 12. quia unicuiq; perito, et viro Excellenti standum est cum iuramento in sua arte l. septimo ff de sta homi. et in l. antiqui ff si pars haeredi. pet et in l i ff de

Ven.

Ven. Inspici. / Unde sequitur, quod Consuetudo, quæ est magnæ authoritatis l. Immo. ff. d. legi. non minus seruanda est, quam quæ scripta forent iura. l. sed ea ff. eo. et indicatur ex consuetudine, quæ exemplis approbatur ff. §. ex non scripto. Ubi Glo. Insti. de iu. nat. gen. et ciui. quamuis talis Consuetudo esset inducta aduersus ius Commune. Mar. Anto. Natta in cons. 98 nu. 6. Vol. p.o quia per desuetudinem ~~nascitur~~ tollitur lex § igitur Insti. in Proe. et in d. §. lex non scripta Ubi Aret. quia stilus Curiæ maxime attenditur. c. quam graui d. Cri. fal. et c. porrecta d. cfir. uti. uel muti. Rota in nouis. 286. Legatus. quia licet non possit tollere uirtutem legis Generalis tamen tollit uim legis particularis Abb. in c. ad literas col. fi. de iureiu. Quibus non obstat si dicatur, prout dicitur, et deducitur unica res iudicata in quibusdam medicis reculii Notabilis, et insignis mulieris fol. 261. Contrariam dictis rebus iudicatis, et testimonijs grauissimis, ut in 299. Bar. in d. l. fi. quia primo respondetur iux Resolutionem Bar. in d. q. 29 quia opinio pro haeredibus est fulta maioribus rationibus, et firmata grauioribus testimonijs, prout dicitur de communi sententia Doctorum per Dec. in c. Canonu statuta d. cstit. subdicit quod ea præfertur quæ est melior et æquior, et si Cois sit Contraria Mar. Ant. Natta in cons. CXX. Vol. p.o in prin. Ubi allegat Jo. And. in c. i. in fi. de Constitu. allegat tex. in l. i. § sed neque ex multitudine authorum C. d. vet. Iu. enucle. et in c. Capellanus d. Fer. Ubi Abb. in pen. not. Et si Imperator sit in opinione Contraria Ang. in cons. 170. Sanctissima et Ill.ma Et cui dubium est quod æquissimum sit, quod Agnati hæredes habeant ea, de quibus maritus potuisset pro libito suæ uoluntatis disponere, si uoluisset constante quoque matrimonio? Et quod non addatur afflictio afflictis quia Agnatus amittit agnatum et bona, quia Uxori sufficere debet lucrum Contradotale, quia inueniet maritum sed Agnati nusquam in soeculo deprehendent Agnatum. Nec non

quod dispositio iuris, et sanctissimarum legum, quas Deus per ora Principum promulgauit 26. q. 3. c. fi. et Prouer. c. 8. et l. i. §. cumq. Deus C. de Vet. Iu. Enu. conseruatur. Non obstat Constitutio patriae nu. CXXV. in contrarium adducta. Primò quia illud uerbum ad ornatum cum sit positum copulatiue ad uerbum usus debet intelligi, prout intelligitur de usu, vz quotidiano, Ita et de ornatu quotidiano, quia ordo uerborum desensuit ordinem intellectus dist. 12 c. in christo Pr. de Consecra. 2de. quia dictio seu quoque qn. cadit inter res ponit pro coniuncta Bal. in l. pen. C. de ver. signifi. Glo. si in c. Bonae de Postula. Prala. Bar in l siquis itu ff. de nu. et arg. leg. Vbi etiam dicitur dictio, seu dictio similitudinaria. 3° quia hoc sensu uero non cooperitur unum altare et alterum discooperitur sed deuenitur ad Medium iustitiae distributiuae, quae appellatur Epichea seu equitas et quoque ad dictamen Naturalis Conuenientiae. Habet enim mulier deputata ad usum quotidianum, haeredes Mariti ad ornatum; Proinde uenit Bal. in l. Sen. §. equitij ff. de Usu et habi. quod si Vir Legat Uxori suae lectum suum non ueniunt culcitre de Serico quia non conueniant uiduae, refert et pulchras affert rationes Cur. sen. in qs^o^ 00 nu. 20. Dictum enim quantumcumque generale non refertur ad extraordinaria l. Seio. §. i. ff. de an leg. et hinc Bal. in l. i. col. ult. vers^o^. item quaeritur C. de lega. in quit. q. si Pater mandauerit filijs ut post mortem ipsius Matrem eorum tam honorifice tractarent quam Pater ipse faciebat non intelligitur mandare ut illi multum pretiosa suppeditent, qualia Pater administrare solebat. quia speciosa uestimenta maritus praestabat sui gratia. Et hoc modo euitatur repugnantia duarum ~~consuetudinum~~ Constitutionum, et fit concordantia iuris municipalis cum Iure communi. prout oportet l. ij. §. Haec uerba ff. de Noxalib. actio. Et huc accedit, quod contra eum; qui conatur indebite ad lucrum peruenire, fit restrictio Legis Municipalis ad terminos iuris

Comunis

communis l. ut gradatim §. sed. si lege ff. de Mun. et Hono. Bar. in l. omnes populi ij q vi q. Principalis ff de Justi et iu. Imo. in cons. 16. Mar. Anto. Natta in cons. 74. vol. p.o Et cum qualitas illa Pratiosorum non sit adiecta, nec nos adijcere debemus l. i. §. sin autem C. de Cad. tollen. Praeterea facit, quia statuta tantum habent de effectu, et potentia, quantum habent de usu. Bal. in l. fi. C. com. utr. Judi. et in c. i col. 5. qui feu. da. pos et quantum habet de actu tantum habet de potentia, et non plus Bar. et Ang. in l. i. §. si quis ex hoc interdicto ff. de iti. ac priua. et in l. post dotem in ulti. car. ff. solut. Matri. Cur. sen. in cons. xx. Ideo cum ex et rebus Judicatis, et testimonio Nobilium et Excellentium Virorum appareat vestes pretiosas, et ornamenta spectasse ad haeredes mariti; et quotidianas ad Uxorem, minime mutanda sunt, quae certam interpretationem habuerunt tum quia noua displicent tum quia lites infinitae suborirentur. Et quamuis foret imposita necessitas seruandi statuta ad literam tamen id intelligitur cum grano salis .i. saluo intellectu iuris, et expositione rationabili sine qua intellectus uerus et clarus esse non potest, quia intrinseca expositio non prohibetur, quia litera occidit, spiritus uiuificat. Bar. in l. commissoriae C. de Pac. int. empto. et uendito. Pau. de Castr. in l. i. ff. si cer. pet. lex. in cle. exijt qui seminat vers. et quia sub colore in pen. col. de uerb. signifi. ubi Pontifex referendo institutam Regulam Beati Francisci, quae non poterat glosari. sed sicut prolata est, ita debet intelligi. Exponit ad literam intelligi et exponit. Nisi aliquod uerbum ratione sensus, uel constructionis intelligibilius exponatur Bal. in Auth. si qua mulier C. ad Velleia. Non obstat secundum, et tertium, Tum quia nulla donatio fuit legitime probata. tum quia probata esset inualida stante prohibitione legis, cui et cum iuramento non potest renuntiari. Bar. in l. si quis pro eo. ff de fideius. quia donatio inter sponsum, ac sponsam per uerba de praesenti.

in domo sponsæ non ualet. Glo. in terminis in l. iij. §. i. in uer. concubinæ ff. de dona. in. vi. et vxo. et Soci. Sen. in Cons.° 123 col. 2. in fi. vol. p.° ubi dicit quod est communis opinio, et uera Alex. in additio. ad Bar. in l. si sponsus §. si uxor ff. de dona. in vi. et vxo. Nec obstat l. cum in te C. eo tit.° quia respondet Soc. in d. cons.° q. illa lex intelligitur per doctores, quando dubitatur, an Matrimonium solo consensu fuerit contractum, an non, in dubio si donatio est facta in domo uiri præsumitur contractu matrimonium si in domo sponsæ non præsumitur ad hoc ut ualeat donatio, sed secus esset, si constaret de matrimonio per uerba de presenti. Cum igitur constet matrimonium fuisse contractum inter dominam Liuiam et q. D. Petrum, et fortassis consumatum stante maxima uiripotentia D. Liuiæ, palã est dictam legem non uendicare locum in præsenti causa. In qua D. Liuia se tantum fundat super constitutione Palme nu. 725. ut apparet ex eius instantia. Quæ non parum infringit eius petitionem in prætensione successionis q. D. Petri. quia si foret instituta hæres, ut asserebat falso. Procul dubio confuse forent actiones. Ita q. minus saberet, quod peteret, sed cum non sabeat. quia uana est eius prætensio, petijt non minus indebite Soc. q. illud Nihiliter quare concluditur declarandum fore ornamẽta et vestimenta p̃ctiosa spectare ad dominum Gabrielem heredem legitimum q. Dni Petri ab intestato. Cum expensis. &c.

Capio tertiam questionem, in qua licet prima fronte uideretur dicen. Judicem non posse cogere, sed tantum hortari litigatores ad compromittendum secundum Glo. in l. furti §. q. iussu ff. de his qui not. infa. Glo. in l. equissimum in ver. Iurisdictione ff. de Usufruc. Abb. in c. fi. in 4. not.[li] de maio. et obedi. Pau. de Cast. et Alex. in l. quidam existimauerunt ff. si cer. pet. Alex. in l. i. §

post.

post operis col. 2 ff. de ope. no. nuntia. Jas. in l. si quis maior col. 4. C. de Transactio. Maxime, cum non timeatur scandalosa, ut Propterea intersit Reip. fieri compromissum, quo et casu partes possent cogi, quia fauor publicus preponderat quoniam comodo priuato § eos autem in auth. de Man. Prin. et uoluit Ang. in d. § q. iussu. Bonus tex. in c. placuit 90. distin. et Abb. in c. fi. de Transactio. et Bal. in d. l. quidem existimauerunt.) Secundo quia uidetur solutum primum compromissum non modo renuntiatione unius ex arbitris, quod iam factum erat fol. 253. et 257. Verum etiam Petitione in Iudicio ordinario extinctum l. si quis rem ff. de Arb. Glo. in §. quia nemo multa in ver. uer. multum. in auth. de Iudicib. colla. VI.

His tamen non obstantibus contrarium de iure uerius esse puto. ex pluribus, et potissimum quia extat statutum sanctissimum in Ciuitate Vtini pro bono publicæ quietis, et conseruatione Amoris, quod inter affines in, et super quibuscunque litibus, et differentijs cuiuscunque conditionis existat iam occursis, et occurrendis inter affines proximos, et parentes primo in linea et generatione ascendentium, et descendentium usque ad infinitum in utroque gradu, secundo inter omnes, et singulos collaterales, usque ad quartum gradum, Tertio inter omnes coniunctos parentela Matrimonialis debeat fieri compromissum et ita omnes prædicti teneantur, ut plene habetur fol. 260. ‸ 2do quia iam itum est in compromissum inter patruum, ac Neptem, prout decebat optimos ciues et amabiles propinquos fol. 253. pro obseruantia tam dicti statuti, quam diuinarum legum Ill.mi Duc. Dominium dicitur more ueneto, quia actus, qui geritur semper intelligitur geri secundum iura disponentia super eo, quia actus ambiguus debet censeri factus ob illam causam, quæ a lege, uel a statuto erat constituta Bar. in l. i. §. si parens ff. si quis a paren. fue. manumis. quia omnes præsumuntur scire leges maxime suæ patriæ l. leges C. de legi. l. Regula. in prin. ff.

(Quod ... Statuti ... uideatur, et ... consonat ... Statuto ... uolum ... con- silio no. 36. fol. 122)

de iu. et fac. igno. Prædictum enim statutum ualet de iure ut dicit Bal. in prima Constitutione C. § quibus in ulti. col. in prin. vers. quare hic uidemus, et not. in l. ambitiosa ff de decre. ab ordi. facien. et reputatur fauorabile, Ideoq; extenden. cum illa fuerit ratio ipsius statuti tollendi materiam litigandi, seditionum et discordiarum inter coniunctos l. si. ff fa. hercis. Bal. in l. q se Patris. col. ulti. C. un. lib. et in l. affinitatis C. com. de successio. Pet. de Anch. in cons. 187. Inuis. apud me. not. Raph. fulgo. in l. iiij. § Prætor cum seq. ff de in ius uocan. ubi dicunt tale statutum esse fauorabile et extendendum, quia fuit indultum causa euitandi scandala, sicuti etiam quando agitur de honestate conseruanda, dispositio statuti siue legis censetur fauorabilis, et extendenda tex. in d. l. 4. § Parentes in ver. in infinitum, et ibi not. et declarat Ang. et quod tale statutum sit fauorabile, plene prosequitur Alex. in d. l. qui se Patris. col. ulti. et in l. i. col. 7. ff sola. Matri. et in l. i. § lex falcidia ff ad leg. falcid. pulcs. tex. in l. si id, quod § si quis furti ff de dona. in. vi. et uxo. Est enim conforme in multis cum dispositione iuris. Primo quia effugiuntur labores, et expensæ Bar. in Extrauac. ad repri. in ver. summarie Glo. in Clemen. sæpe in § fi. de verb. signifi. C. i. de appellatio. lib. 6. Secundo citius expediuntur causæ coram Arbitris uertentes l. i. et l. quamuis ff de Arb. 3º quia Secreta facultatum, et negociorum consanguineorum non stempàduntur, quorum scientia et manifestatio quandoq; eis damnum, et dedecus forte esset paritura l. congruentius. ubi lex. uald. not. C. de Pat. Pot. Hinc uidemus, q cum sit fauorabile comprehendit emancipatos, licet non sint proprie agnati, sed largo modo Ias. in l. fi. C un. lib. nu. 52. col. 22. ubi allegat Bal. Ro. Castren. et Alex. Nec non complectitur

affines

affines et. 2.di gradus. de quo ius Civile nihil curat, tamen de iure Canonico olim erat prohibitorium secundum genus affinitatis Nuptiarum Pau. de Cast. in d. l. fi. et Jas in col. antepen. Ibidem et Idem Pau. de Cast. in l. suggestioni. C. de verb. signifi. Col. fi Quinimmo dictum Statutum est tantae efficaciae, ut etiam comprehendat minores. Bal. in l. non videtur. C. de integ. restitu. et Pau. de Cast. in l. nam et postea § si Minor ff de Iureiu. Fulg. pulchre in Cons.o CLij. et Bar. cons.o XLviij. Incip. Nunqd Tutor. Habetq. locum etiam post conclusionem in causa. Bal. in Cons.o 255. Vol. 4. Incip. post conclusum in causa, quia hoc est quoddam beneficium extra naturam litis, quod procedit ante sententiam quandocunq. Maxime cum nullum casum excipiat, sed Statutum indefinite disponat, quia eo casu nec Iudex ullum debet excipere. Bal. per illum tex. in l. in fraudem § fi. ff de mili. Testa. facit quod not. Idem Bal. in l. cum ancillis col. vbi C. de Intest. Nup. inquiens, q. vbi statutum non determinat, nec nos determinare debemus, sed statutum seruari. ut iacet Praesertimq. vendicat sibi locum in praesenti casu, quia est questio non modo facti, sed etiam mixta, facti scilicet An statuentes excluserint sororem a successione fratris propter patruum Mixta an casus iste sit omissus a statuto, et sic relictus dispositioni iuris communis Bar in l. eleganter in prin. in 3. q. ff de condictio. indeb. hoc in l. cum proponas C. de Reb. Cred. secundum Bal. in l. Ancillae in 3. not. C. de furtis. Alex. in l. post rem ff de transactio. et Alex. in cons.o 62. vol. 2. vbi dicet q. compromissum stante dicto statuto non pot. fieri, quando ius est certum et clarum l. ornamentorum vbi Bar. ff. de au. et argen. lega. limitat. hoc enim dicitur qn. questio facti. et questio iuris

sunt difficillimae et subtilissimae quia ita aequiparantur Glo. notabilis in l. iij. in ver. si obscurior ff. ad exhiben. per quam dixit Bal. in d. l. cum proponas, q. licet non fiat compromissum sup. questione iuris tamen fallit, quando questio iuris est ualde intricata, facit Not. Inno. in c. 95. 98., ubi dicit probabilem errorem Juris aequiparari probabili errori facti.

Non obstat primum obiectum. Primo stante statuto quod loquitur ac disponit per uerba praecise necessaria debeant et teneantur. Secundo quia cum confectum fuerit ad euitanda scandala, dicitur respicere publicam utilitatem. l. aequissimum ff. de edictio edic. ut pacata quietaque sit ciuitas l. congruit ff. de off. praesidis. tunc enim cum Reip. interesit compromissum fieri Judex potest compellere partes ad compromittendum ut in auth. ut manda. Prin. § eos aut. et uoluit Ang. in l. furti § qui iussu ff. de his q. not. infa. bonus tex. in c. Dimicare 90. distin. et notabiliter Paris de Puteo in tracta. de Re. Milit. et duello c. 13. lib. P.°, in vers.° Et Judex potest cogere litigantes ad pacem et transactionem causa minuendarum litium.

Non obstat secundum, quia procedit quando unus litigator uocauit alterum coram Judice ordinario pro re, de qua factum est compromissum. Verum D. Gabriel nunquam uocauit D. Alousiam et ideo cui non conueniunt uerba legis, non conuenit quoque illius dispositio, quia diuersitas facti inducit iuris diuersitatem. 2.do quia D. Gabriel ab initio iuris sui conseruandi causa, quod erat quaesitum ex compromisso, et ex statuto competebat protestatus est nihil peti aduersus D. Liuiam r. q. D. Petri a Comite in praeiudicium compromissi. Immo sine praeiudicio illius scriptura fol. X. is. tergo et docent scrib. in l. non solum § morte in pa specie Protestationis ff. de ope. no. nuntia. Quare concluditur debere declarari partes stare compromisso et quatenus expediat de

nouo

nouo facere maxime attentis integritate. et doctrina Insigniũ ac celeberrimorum Iurisconsultorum. iam Electorum. /

Superest quarta quaestio in qua licet prima facie uideretur dicendum, quod d. Alouisia debeat mitti in possessionem. excluso patruo d. Gabriele, quia explorati iuris est sororem uti proximiorem praeferri patruo in successione fratris auth. Cessante C. de legi. haeredi. et in corpore unde sumitur § igitur defunctus in auth. de haerede ab intesta. ueni. colla. 9. Secundo quia non uidetur quod per constitutionem Patriae sub Rub. de successio. ab intesta. nu. CXLV fuerit statutum. quod Patruus excludat sororem in successione fraternae haereditatis. Ideoque antequam casus omissus relinquitur dispositioni Iuris communis, de qua proximè dictum est l. commodissime ff. de lib. et postu. Doc. in l. si extraneus ff. de conditio. ob caus. Nulla enim fit mentio de sorore in dicta constitutione maxime in vers.º similiq. modo, ubi statuitur, quod patruus succedat Nepoti, et e diuerso exclusis proprijs filiabus, Nec non matre et auia eorum quia si statuentes id uoluissent, utiq. expressissent, cum possent, et cum non expresserint, censentur noluisse l. i § sin aut. C. de Cad. Tollen. Non dixerunt ergo, nec nos dicere debemus inquit alibi Lex. in l. si seruum § non dixit Praetor ff. de acqui. haeredi. et est argumentum in l. de. Pretio ff. de publicia. Et in l. i. §. Generaliter ff. de leg. praestan. Hinc dicimus quod à uerbis statuti non est recedendum l. quod constitutum ubi Bar. in prin. ff. de testa. Mili. Bal. in l. omnes populi paulo an. fi. ff. de iust. et Iu. cum alijs concordantibus conseruatis p. And. Tiraquel. in Repe. l. si unq. C. de Reuo. donatio. nu. 4. Et quod omissum est à statuto, id pro omisso habetur, nec in eo locum habet statutum, sed ius commune c. fin. de iureiu. et c. in Nra. de iniu. Bal. in l. si plures col. 2. vers.

iuxta prædicta formatur. C. de conditio inser. l. quia illa est amplectenda interpretatio, quæ nos reducit ad ius commune, ut laté per Stephanum de Fede in ~~testa~~ tracta. de iuris interpreta. Nam statuta sunt stricti iuris. l. constitutionibus ff. ad municip. et l. quod constitutum ff. de testa. mili. et eatenus disponunt quatenus loquuntur Ang. in cons. 257. col. 2. Bal. in l. testamentum in ul. ver. C. de testa. Et propterea non fit extensio de persona ad personam l. unam cc. Med. C. de collatio. l. quod vero contra ff. de legi. c. quæ a iure commun. et c. in arg. de Reg. iu lib. 6. not. in Authen. quas actiones C. de sacros. eccle. l. præcipimus in fi. C. de appellatio. l. sancimus C. de testa. Nec statutum extenditur ad casum non expressum l. quicquid astringende ff. de verb. obli. per Bar. in l. Cæsar ff. de publi. Immo relinquitur casus omissus dispositioni iuris communis l. si cum dotem in prin. ff. sol. Mar. quia in restringibilibus dicitur cessare argumento a pari et a maiori Jo. And. in additio. spec. tit. de actio. seu. pet. in additio. mag. et in c. postulasti de Rescrip. ad fi. Glo. magnæ lex. in c. cum de non sacerdotali de præben. lib. VI. facit Bar. in l. omnes populi in VI. q. principali vers. quarto quæro ff. de Justi. et Iu. ubi voluit, quod statuta non recipiunt interpretationem extensivam in decisis a iure communi, et quando sunt contra ius commune, nullo modo extenduntur, ultra quam verba loquantur, quia nostrum non est extendere legem l. si vero §. de viro ff. sol. Matri. et ibi plene per Imo. Immo restringenda sunt ut minus lædant ius commune, quam fieri possit l. si servi nostri. C. de noxalib. actio. c. cum dilectus de consue. Bal. in l. terminato C. de fructi. et lit. expen. Præterea cum dictum statutum sit ~~contrarium~~ correctorium iuris communis, non videtur, quod debeat extendi et ex identitate rationis Alex. cons. iii. vol. primo Cur. Sen. cons. 78. nu. 6. prope fi. Et cum statutum præferens masculum fœminæ sit odiosum in capite saltem exclusivo fœminar.

Ut

Ut per Bar. in l. Cunctos populos C. de sum. Tri. et fide cath. Cur. Sen. in Cons.o 37. nu. 8. 75. col. 3. 80. col. pa. non est dicen. quod patruus in ulteriori gradu excludat sororem existentem in proximiori gradu Soc. Jun. in Cons.o XXX. Vol. p.o ubi omnia congerit in materia statuti praeferentis consanguineos foeminis. Tertio quia intentio D. Alouisiae uidetur coadiuuari authoritate rerum iudicatarum fol. 287. et 296. tum quia consuetudo est optima legum interpres, tum quia res iudicatae maximam habent authoritatem l. fi. de interpretatione ff. de leg. iur. l. Nam Imperator ibi consuetudinem, aut rerum similiter iudicatarum, et in l. Manumittere ibi exemplum eius secutus ff de Manu. vind. Praesertim dicitur attendi debere rem iudicatam in Ex.mo Cons.o de XL. Ci. No. ob memorabile dictum Guido. Papa. existimantis exemplis Senatus delphinalis esse iudicandum in Decis. q. lxviij. quod Pax scala Patauinus iurisconsultus in eleganti tractatu de Consilio Sapientis lib. 2. c. XXIX. in fi. sub hoc Ill.mo Imperio veneto ad XXXta quadraginta ue uirorum Judicia, quae Consilia appellant, extendit et non minoris authoritatis est huiusmodi pronuntiatio, quam Sententia Regia, quae facit ius quoad omnes in regno Matth. de afflic. Decis. XCVI. / Quarto faciunt pro D. Alouisia Testamenta q. D. Catherinae Matris fol. 7 et Domini Barth.i Patris fol. 226. In quibus apparet, quod Domina Alouisia fuit substituta q. D. Petro, ita quod uidetur, quod possit dicere hodie constat, hodie agatur, et dolo facis, qui petis quod statim restituturus es, maxime cum incontinenti offeratur probatio, quia isto casu cessant ea omnia, quae dici solent, requirentia altiorem indaginem esse reijcienda in aliud Judicium, ut per Doc. in l. fi. C. de edi. D. Adria. Tollen. et in l. Filiam. fratribus ff. de Trebel. cum simili. /

His tamen non obstantibus contrarium de iure uerius esse puto ex pluribus. et potissimum quia Dnus Gabriel expressim est uocatus ad successionem q. Domini Petri, ut probatur in dictis duobus testamentis. Nec non tertio condito per q. D. Nicolaum a Comite Patrem communem D. Gabrielis D. Barth. D. Jo. et D. Eugenij fol. 237 Vigore constitutionis Patriae Sub Rub. de successionibus ab intestato. nu. CXLV. in vers.° His uerbis formalibus promulgatae. [Similiq modo Patrui per lineam masculinam coniunctim succedant nepotibus

eius nepotis ex fratre. qui fuit pater eiusdem q. D. Petri.

" eorum ~~masculis~~ masculis sine testamento decedentibus, non relictis
" descendentibus uel ascendentibus, aut collateralibus ex linea Mas-
" culina, ut superius dictum est. Quibus casibus filia eo modo
" defuncti, ut superius dictum est. et Caetera foeminini sexus
" ex eo descendentes, ac descendentes ex eis mulieribus cuius-
" cunq. sexus exiliant, ac masculi ex ipsis foeminis descenden-
" tes ad successionem uel haereditatem, seu aliquam partem
" ipsius haereditatis praedictae personae eo modo defunctae nulla-
" tenus admittantur, sed potius per supradictos masculos de-
" scendentes. et Ascedentes Masculos seu collaterales masculos
" supradictos sint exclusae. Adijcientes etiam, quod Matres
" Auiae, et Proauiae intelligantur esse exclusae a successione filiorum
" masculorum et Nepotum suorum extantibus Masculis supradictis
" seu aliquibus ex eis, et haereditatem defuncti secundum ordinem
" praedictum adeuntibus. Hactenus uerba Constitutionis, cum qua
" consonat ius Diuinum C. XXVij. Numeri. Dum causam Moyses ad Judicium Dei Retulisset, ibi si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos. Quod si et fratres non fuerint dabitis Haereditatem fratribus Patris eius. Eritq. hoc filijs Israel Sanctum lege perpetua. / de cuius quidem legis observantia praeclare scribit Immo. in cons. 1. et 2.°, Cardi Flor. in Cons.° 30 sub Rub. de testa. Cor in cons.° CXV. col. 2. uol. 2. et Alb. Bru.

coalternat in Arti Secundo. Vbi agit de Iralatione Masculorum foeminis ex dispositione Iuris Diuini, et Humani et propterea ualida sint statuta excludentia foeminas stantibus Masculis. quia in conseruatione Agnatorum, et Dignitatum familiaꝝ uersatur publica Salus, ut Idem Alb. Bru. in Iº. et in 3 Arti. l. i ff. d. Ven. inspici. Cap. fi. Numeri. Statuta enim loca disponentia circa successiones sunt seruanda l. omnes populi ff. d. Iusti. et iu. quia quodquisq; populus ipsi sibi ius constituit, id ipsius proprium Ciuitatis est uocaturq; ius ciuile quasi ius proprium ipsius Ciuitatis, §. ius autem Ciuile insti. d iur. nat. Gen. et ciui et quia ipsi iuri Communi derogant in loco, ubi edita sunt d. l. omnes populi, et c. i §. statuto de constitutio. quia Regulare est, quòd ubi concurrunt genus, et species, et sunt incompatibilia, et sic ubi concurrunt, ius commune, ut genus et statutum ut species, et inter se discrepant, ut in præsenti casu Constitutionis Patriæ per quam Patruus excludit propriam filiam et matrem in successione Nepotis con. l. Nam et si parentibus ff. de in offi. Testa. et auth. defuncto C. ad Tertullia. Semper species derogat generi ut in Regula generi per speciem de Regu. iu. lib. VI. facit quod not. Bar. in l. quæsitum § fi. ff. d. au. et arg. lega. et lex in l. Vxorem §§ felicis°. ff. d leg. iij. Cum ibi notatis. quamuis statutum esset durum l. prospexit ff. qui et à quib. Benedic. Capra in Cons°. 38 cc.ª fi. quia statutũ uidetur esse quoddam tacitum, seu uerius expressum pactum uallatum authoritate Principis pro bono publico arg. l. item quia ff. d. Pac. et l. non impossibile. ff. eo tit.° et notat. in l. i. C. d. decu. Decurio. lib. x. quia statuta de successionibus ualent et sufficit, quòd habeant aliquod motiuum, licet non contineant æquitatem, sed tantum statuentium uoluntatem, et authoritatem Bal. in l. lege. C. d. legi. Haere. Tiraquel.

ampliat in Præfatio. tracta. de lignagier nu. 75. quia omnes succes
siones Mundi sunt de iure positiuo, et si quæ dicantur esse de iure natu
rali, exponi debet de iure ciuili suadente Naturali coniunctione con
stituta, lege. Pronuntiatio §. familiæ ff de verb. signifi. Capra in
Consilio clxv nu 12. et 13 et proinde Statutum potest disponere
quicquid et potest ius commune, cum ius commune sit in loco,
prout not. in d. l. lege. et in l. Maximum uitium C de lib.
præteri. et Capra in cons. 98 nu. 3. quod si Statutum durum est
seruandum in loco statuentium, longe magis illud statutum erit
seruandum, quod reputatur fauorabile prout est constitutio Patriæ
qua præferuntur Masculi foeminis, secundum Communem doctorum
Sententiam cum pulchris rationibus, ut referunt Ang. de Aretio.
in tracta. de testamen. Glo. 4. nu 24. Alb. Bru. in tracta.
quod stantibus Masculis in 4to Articulo nu. 6. ubi dicit esse
ueriorem, et communem sententiam, quod tale statutum sit
indistincte et simpliciter fauorabile. et Laurus de Sallatijs. in
tracta. quod stantibus masculis in prin. nu 2. quia ubi concurrunt
fauor, et odium, debet potius considerari ipse fauor Abb. in c. lite
ris aa fi. de Resti. spolia. Pet. de Anch. cons. 37. con. Jo.m post med.
et quia cum principalis statuentium intentio fuerit fauendi agna
tis Masculis licet consequenter uergat in odium alterius nempe foeminarum
Statutum censetur fauorabile congerit affatim omnia. Tiraquel. in
Tracta. de lignagier in Ver. eschange. Glo. 1. §. 30. nu. 5.
Rationes autem fauoris huiusmodi Statuti. et ne dicatur ~~contrarium~~ correctorium
Juris communis uideri ~~potest~~ possunt ~~idem~~ apud Alb. Bru. in d. tracta. in Arti
culo 2 et 3. nec non quia potius dici potest ordo prælationis, quam
exclusio idem Alb. in ix Arti. nu. 23. et 44. et quia omni
tempore fuerunt statuta præferentia Masculos foeminis § item
uetustas Insti. de Hæredi. quæ ab intesta. defer. et § Cæterum
Insti. de legi. Agna. succes. ita Alb. in Cons. suo post dictum

tractatum

tractatum, et in casu statuti præferentis patruum sorori Nepo-
tis defuncti est pulchrum, et insigne Consilium Alex. Cxli. Vol.°
vij / Vbi dicit quoque tale statutum esse fauorabile inspecta
naturali ratione Ciuitatis statuentis, quia inductum fuit in fauo-
rem familiarum conseruandarum quarum dignitas conseruatur
per Masculos diuitijs paternis, et cæterorum Superiorum ut legitur
expressa ratio in principio memoratæ Constitutionis Patriæ. ex
qua Indicatur mens, et principalis causa motiua statuentium
l. fi. Vbi Bar ff. d. Hæred. instituen. et idem Bar in l. ambitio-
sa Col antepen ff. d. decre. ab ordi faci. Bal. in p° Consti et
Proe. C. in §. quibus / Cardi. in c. pen in fi. d. Cler coniug.
Nobilitant enim diuitiæ, ut apud Euripidem Ne reddideris eum
diuitem. Nam si pauperior sit, humilis erit, ingens autem uis
est diuitiarum, quas qui nactus est, statim Nobilis euadit,
et rursus idem Euripides. Nobilitatis mentionem amabo ne
feceris, Hoc in pecunijs situm est, Itemq. da operam opibus,
nam illæ Nobilitatem donant et nuptijs primarijs potiri
in causa sunt in paupertate uero obscuritas inest utcunq.
sapias. et ignominia uitæ Et in Ifigenia diuites in
omnibus inclitj et Illustres. Aristoteles quoq. lib 4. c 4.
politicorum Patritior. opulentia, clari natales, Virtus eruditio.
Et c. 8. lib. i. Ethicorum ad Nicomachū foelicitatem diuitijs
indigere inquit, fieri enim non potest, aut non facile, ut is præ-
claras agat res, cui facultates desunt, At diuiti omnia adsunt.
ut apud Stobæum his uersibus

Epicharmus quidem deos esse dicit
uentos, solem, terram Aquam, ignem, stellas,
Ego autem utiles esse deos Arbitror
Argentum nostrum, et aurum

Nam illos si collocaueris in domum,
Pete quicquid uoles, assequeris omnia.
Sic enim uel ipsos Deos habebis ministros.

Praeterea non modo est expressa ratio statuendi in dicta Constitutione, atque statutum, quod patruus succedat Nepoti exclusis proprijs filiabus, et matre ipsa. Verum etiam adiecta fuit clausula hisce uerbis formalibus. " Et in casibus per hanc constitutionem expresse omissis " stetur dispositioni iuris Communis. Unde non potest dici casus " omissus, qui fuit expressim decisus tum in ratione in qua statuti essentia consistit Dy. in c. ulti. de reg. iu. Bal. in c. i. §. et quia uidimus col. antepen. qui feu. da. pos. tum in modo, et ordine succedendi inter collaterales quia illud dicitur expressum non modo quod uerbis exprimitur, sed etiam quando euidentissimis signis glo. not. in l. item quia § ff. de Pac. uel quod specialiter exprimitur l. i. §. inter filium ff. de fal. Bar. in l. i. col. 3. ff. de uulg. et pupilla. Cur. sen. in Cons. 48. nu. 30. et in Cons. 49 nu. 67. ubi inquit quod altero de tribus modis dicitur aliquid exprimi Generaliter. specialiter, et singulariter, Ita quod cum aliquid est expressum non modo non potest dici omissum, uerum debet praesumi uerum. Nec in dubium potest reuocari. Bar. in l. conficiuntur §. Codicilli ff. de re iudi. Bal. signanter in Tit. de Pa. Constan. in §. Si quis aut. Expressum enim est generaliter in ratione statuentium apposita in principio praeallegatae Constitutionis, quae quidem ratio Conuenit D. Gabrieli, et non Conuenit D. Alouisiae, quae secuta est Mariti familiam, et Coruscat radijs mariti. In euidentia signorum, quia si statuentes praetulerunt Patruos filiabus, quibus est prope debita substantia paterna. l. nam. et si parentibus ff. de inoffi. testam. et Pau. Apostu. c. 12. Episto. 2. ad Corinth. Parentes filijs debent

debent thesaurizare, quia filios ad Parentum bona natura simul, et parentum uotum admittit l. scripto in fi. ff unde. lib. et l. de Emancipatis C. de legi Hared. Itemq postposuerunt Patruo Matrem cui non minus est debita filiorum hereditas, quam Matris filijs d. l. nam et si parentibus, et quia dispositu in uno ex correlatiuis censetur dispositum in altero l. fi. C de indic. uidui. tollen. qua fronte, quo uultu, quis Peritus Juris, aut sani intellectus dicet sororem a statuentibus fuisse Patruo prælatam? Nec non quia specialiter et nominatim sancitum est, quod patruus succedat nepoti et Nepos patruo / Casus enim magis dubitabilis in quacunque dispositione includit minus dubitabilem l. His solis C. de Reuo. donatio. 2° quia Ratio in statuto ubi est expressa tale statutum extenditur ad omnes casus qui sub ea ratione comprehendi possent etiam si sequeretur iuris communis correctio C. si postq de electio lib. 6. Vbi Glo. quia quando expressa ratio in statuto militat in casu, de quo statutum ipsum expresse non loquitur, tunc non dicitur proprie fieri extensio, sed casus ille dicitur comprehensus lex. not in l. libertum ff de ri nuptia. Glo. in l. Prætor. § p° in Glo. in verb. expressu. et ibi Bar. ff de ope. no. nuntia. et est et Glo in c. i. in uer. Italiæ ff de tempo. ordina. lib 6. Facit etiam quod inquit Bar. in l. iij. ff de testa. tut. dum dicit q illud, quod est ex mente legum, dicitur ex legibus refert Soc. in l. cum qd col. 2. ff. si cer. pet Bal. Cons° 2. col. i. vol. i. Imo. cons° 35. col. 3. et 4. cc.a prin. et in cons° 133. col. 2. cc.a fi. Cur. sen. in Cons° 9. col. 5. et cs° 75. nu. 14. et cs° 80. col. 2. /. Hinc Alex. in cons° 52. Vol. 4. in fi. dicit. q licet unus casus habeatur pro omisso tamen si non deficit solemnitas et

est eadem aequitas casus omissi, tunc casus omissus habetur pro expresso. Et Bal. in l. fraus ff. d. legi nu. 33 ait q ratio consuetudinis habet pro consuetudine et in statutis id uerum esse, quia expressum esse uel haberi pro expresso in statutis paria sunt Josefua in tracta. d. Benef. nu. 18 et q quia intellectualis argumentatio idest quae conuenit intellectui est efficacior et uerior argumentatio in iure l. scire leges ibiq. not. Bal. triplicem argumentandi modum ff. d. legi. et Stepha. de Fede in Tracta. d. Interpretatu iuris in 3 par. nu. 55. et 56. Quia homo non debet considerari ut animal, sed ut ratio, quia homo formaliter est ratio et Intellectus Bal. in l. 1. § ius naturale ff. de iusti. et iu. et sicuti cerebrum, in quo inest sensus, et intellectus est dignius lingua, Ita in suo eminiori loco, ac Nobiliori hominis parte collocatum est. Ratio uero cum sit motus intellectus procedit per causas sensitiuas, uel intellectiuas secundum subiectam materiam ad aliquid necessario concludendum. uel disponendum, uel ostendendum, per quod certa fit demonstratio ueritatis, Ita Bal. in l. non omnium ff. d. legi. Proinde tacita dicuntur nobis etiam constare per Naturam rerum uel per coniecturas. Per naturam rerum est applicatio illarum magis dilecta Per coniecturas est id quod uidetur hominibus peritis et sapientibus quia ratio, quae est dux intellectus, adhaeret animabus uirorum peritorum. Unde eorum opinio est coniectura uero proxima. Quis autem peritus, uel Sapiens dixerit filiabus et Matri Patruum esse praeferri, sororem uero anteferri patruo? Certe nulla dubitatio est, q si statuentes interrogati fuissent, non respondissent multo magis Patruum fuisse praelatum sorori quam filiabus, aut matri. Ideoque pro statuto habendum. Glo. in l. tale pactum § fi. in uer. per exceptionem ff. d. Pac. Alex.

in l.

in l. Titius § Lucius ff. de lib. et posth. in prin. Bal. in l. i. C. quae res pig. oblig. pos. Soc. in l. haeredes mei. § cum ita col. 4. in vers.º 5.º quaero ff. ad Trebel. Gozadi. in cons.º 103. Jun. Auth. Multo magis C. de sacros. Eccles. Statuta enim ita interpraetanda sunt, ne possint a sapiente reprehendi lex in l. saluius Aristo. ff. de leg. Praestan. Soc. in cons.º 63. nu. 13 vol. p.º et cxxi. nu. 5. 84. nu. 5. eo. vol. quod esset proculdubio, ubi intelligentia sonaret in absurdum, uel iniquum, uel alienum a uerisimili ut per Soc. in d. cons.º 84. et Alb. Bru. in praeallegato tractatu. Articulo V sub nu. 15. in quae quidem tria caderet Constitutio si fieret interpretatio, quod Patruus excluderetur a Sorore defuncti, quia filiae, et Mater a Patruo excluderentur quibus dicitur haereditas filij, et Patris respectiue debita, quaeque absque dubitatione excludunt Sororem ab intestato, ut superius firmatum est, et potest colligi tam ex l. maximum uitium C. de lib. praeteri. quam ex titulis. ff. ~~ex~~ et C. unde lib. et de success. edic. et tunc directe sumus in ea conclusione, quae habetur, quod ubicunque resultat absurditas tunc statutum etiam correctorium iuris communis extenditur de casu ad casum, quia debet sumi sensus per quem euitetur absurdum et iniquum. l. si ire § aliud ff. de excusa. Tut. Facit l. si uiua matre C. de Bo. Mater. in uer. ab re est ut filius sit deterioris conditionis, quam Nepos. Facit etiam, quod uoluerunt Fulg. et Alex. et alij Moderni in l. ij C. de in ius uocan. ubi dicunt, si statuto caueatur, quod filiae foeminae non succedant extantibus masculis. hoc statutum loquens de filiabus licet sit correctorium iuris communis tamen extenditur ad Neptes, ne contingat absurditas, quod qui est in gradu ulteriori non excludatur excluso eo, qui est in proximiori ac citeriori, d. l. si uiua matre. Jo. Crot. in

repetitione. l. omnes populi ff. de Iust. et iu. in xa. Conclusione nu. 116. / Tertio ex praemissis itur ad consonantiam Iuris Communis, quo habetur, quod si vinco vincentem te, longe magis vincam te. Bar. in l. ij. §. uiden. ff. ad. Tertullia. et in l. C. de accessionib. ff. de. diver. et tempo. praescrip. et in c. authoritate de concessione praeben. lib. 6. maxime cum non modo sit eadem ratio, sed maior tum inspecta illa ratione, quam statuentes posuerunt in initio constitutionis ante gradus, et modos successionis, quos ipsa ratio complectitur cum respectu illorum, scripta fuerit, in quos beneficium legis confertur, tamen considerata exclusione proximiorum, et fauorabiliorum personarum, uti sunt filia et mater, quas patruus uincit, ac succedit in locum Nepotis, qui uicerat sororem, successione ab intestato iure Constitutionis. Bar. in l. i. § qui habebat ff. de. cotrarab.. Alb. Brun. in dicto tractatu in 6. art. nu. 145. quod quidem statutum pari modo seruari debet ut ius Commune. l. an in totum. C. de edi. Diuia. Bal. in l. qualiter ff. de Arb. Abb. in c. licet causam in ij. not. de probatio. pbat. tex. in c. cum uenissent et eo. quod metu in posses. Ubi Abb. in 3 not. Ro. cons. 251. et Propterea nec statutum dici possit ius correctorium nec (ut praemissum est) dispositiones modi succedendi sunt iuris naturalis, sed positiui, quod pro libito uoluntatis statuentium potest promulgari, quia statuta loncinum Communiter consistunt in sic uolo, sic iubeo. Bal. in usi. feu. c. i. de alie. feu. Soc. sen. in Cons. cxiij. vol. p.o nu. 7. col. 7. /

Quarto quia persona non nominata in statuto, uel in dispositione non debet esse melioris conditionis, quam sit nominata, quando non nominata minus est considerabilis nempe quia non habet tanto efficatiora iura illa persona, quae nominatur quia tunc minus excluditur, ut per Cor. in Cons. 286. vol. 4.

quem.

i° Idem Bal. in q.[illegible] 30 vol. i° inquit, [illegible] personae, quae non nominantur, negative incidunt a Statuti [illegible] /

quem refert. Alb. Bru. in d. Arti. 6. nu. 157 / Soror autem in constitutione non nominatur, quia in exclusione illius à successione fratris non fuit aque considerabilius, ac filià, et mater expressim nominata, et exclusa, quae erant considerabiliores rationibus iam dictis, per Consequens necesse est dicere, quod Patruus excludat sororem nepotis innominatam, qui exclusisset filiam, et matrem nominatas, et proximiores, et fauorabiliores ex in comprehensiua constitutionis, ut dixit Bar. in l. Maximum uitium col. 3. C. d. lib. præteri cum concord. adductis per Alb. Bru. in Arti. 3.° / et in 6. sub. nu. 109. et fuit prudentia. conditorum quia decidendo casum magis dubitabilem deciderunt minus dubitabilem L. Gallus §. idem creden. ff. d. lib. et posth. quia ubi prohibetur proximior à successione Intelligitur quoq; prohibitus remotiòr Glo. not. in l. i. in. vers.° fisco ff. si quis aliq. testa. prohibue. quia ratiò excludendi est maiòr et maiòr ratio minorem includit. l. cui. Pallo. ff. d. seruis expor. ita Bal. Inquit in l. quod vero. ca. fi. ff. d. legi. Mar. Anto. Natta in Cons. 201. vol. p.° nu. 5. /

Non obstat primum obiectum, quia dictum est Statuta locorum circa successiones esse seruanda ut per omnes not. in l. omnes populi ff. d. iust. et iu. Et Benedictus Capra passim in eius Consilijs. 17. / 36. / 49. 70. 85. 89. / 100. / 144. et 151. /

Non obstat secundum, quia negatur hunc casum fuisse omissum quià comprehenditur sub ratiòne Constitutionis, cum dicatur id ex lege uenire, quod ex sententia legis descendit l. nominis, et rei §. uerbum. ex legibus ff. d. verb. signifi. l. cum mulier. ff. sol. Matri. et ibi Bal. et Moderni. Mar. Anto. Natta. in Consilio 201. col. 2. vol. i. quia litera occidit; spiritus uiuificat, et quia

Judaizare est sequi literam, et non tenore vitae literae quinimmo is dicitur committere in legem, qui legis verba complectens contra legis nititur voluntatem c. certum de Reg. iur. lib. 6 ~~lib. vi.~~ ubi Philippus Francus late amplificat et expandit et Stepha. de Fede. in tracta. de interpreta. iu. in 3. par. Nam dispositio etiam exorbitans a iure Communi extenditur ex identitate rationis ad casum, qui sublata vocabuli significatione comprahendi potest in casu expresso l. Filium. § avro ff. ad Macedo. l. senatusconsulto. ff. de Ri. Nuptia Glo. in auth. de his qui pro sib. se hab. oblig. res mino. in prin. in ver. ad curatorem, et in Cle. i in ver eligat de electio. Et quia dispositio loquens in uno ratione frequentioris usus intelligitur idem statuere etiam in alio, licet statuentes expresserint in casu frequentiori, ac potentiori Glo in l. i. C. de His qui ad eccle. confug. et in Cle. i de Rescrip. Cur. Sen. in Cons. xi. Col. 3. Nec huiusmodi constitutio dicitur esse correctoria iuris Communis, ut patet ex pramissis maxime allegatis supra in vers. ;

Tertio ex pramissis et est Communis conclusio, quod in materia exorbitanti, seu limitatoria, et stricti iuris, tunc solum non fit extensio de casu ad casum, quando non per omnia est similis, vel par ratio l. fi. C de interd. Matri. in Tuto. et pupil. per quem Tex. ita not. ibi Bal. et Glo. not. in c. licet Canon de electio lib. 6. in ver. licet Parochialis, quae vult, quod ista constitutio, quae disponit, quod nisi quis sit maior XXV. annis non possit esse Rector Ecclesiae Parochialis non trahitur ad regimen animarum c. cum sit ars artium et quali. Moderni accumulant in l. omnes populi ff. de iust. et iu. || Maxime cum firmatum fuerit hanc constitutionem secundum Communem Doc. sententiam esse favorabilem, quia tunc expressa ratione, vel ubi unica tantum

[margin:] i. aliarum ecclesiarum, quia non est tanta ratio, quia est ars artium regimen,

|| Et quod C. sus omissus a lege, Canone, Statuto, Consuetudine, Testatore a Principe a Iudice, vel a Contrahentibus ~~...~~ habetur pro omisso, nisi Casus omissus sit ratio similis expresso Tiraquellus Coacervat in xlma q. Tracta. Primigeniorum a n. 190 usque ad 193.

ratio potest capi, et sic habetur pro expressa non dicitur proprie fieri extensio, sed uere dicitur intensio l. Sis solis C. de Neuo. Dona. Soc. in quo. 28. vol. 2. et per Cur. sen. in cons. 9. fere per totum, et euitetur absurditas et iniquitas declarat Ioan. in l. oes populi in. 5. q. Princip. in vers. iuxta praedicta quaero, quia est Regula infallibilis, quod Statuta regulantur secundum rationem et mentem. Ang. perusin. in cons. 286. Incip. in volumine Statutorum ciuitatis Lucanae col. pa. et in cons. 285. Tertio dubitatur col. pen. et ult. ubi pulchre loquitur, ex cuius quidem rationis maioritate licita est tñ extensio, tum argumentum, quia si ubi est par ratio Soc. cons. 129. nu. 5. vol. 5. multo magis ubi est maior. l. Stepha. Fede in di. tractat. in ult. par. nu. 52. maxime cum simus in dispositione constitutionis uocantis patruum loco filij, quia tunc patruus excludit matrem, ac Sororem, sicut filiam Nepotis excludit. Idem et Steph. de Fede. eodem. nu. 56. || Non obstat Consilium. 30. Soci. Junioris, quia ex themate proposito, et ex forma particula Statuti apparet, quod in eo Statuto Patruus non erat expressim uocatus ad successionem Nepotis exclusa filia ipsius Nepotis, quemadmodum later in praesenti casu fuisse expressissime ~~dictum~~ decisum per Constitutionem, et non loquitur Soci. ~~quando~~ quando Patruus uocatur loco filij quo modo uocatus fuisset ad successionem fratris patris Nepotis sui per ipsam Constitutionem. Nec non in eo casu non erat expressa ratio finalis, et unica. Non obstat tertium quia sententia 296. uoluntarie fuit incisa, cum ~~fuerit~~ foret per appellationem deuoluta ad excmum Consm de x l. Ci. No. fol. 7 900 tergo. Sententia uero lata in fauorem Dnae

|| Quare quia Patruus non solum est in casu constitutionis inclusiuo ut Supius est ostentum, uerum et Soror est in Capitulo constitutionis exclusiuo in virgo Volumus tamen [illegible] [illegible] ab intestato ibi et [illegible] [illegible] quia D. Aloisia [illegible] dotem [illegible] fuit d. Bonis q. D. Baruchi [illegible], [illegible] d. Bonis q. [illegible] [illegible] fuit, [illegible] [illegible], et [illegible] [illegible], [illegible] ad [illegible] 1200, [illegible] fuit a [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] dotem Sororum. Cy. [illegible] ff. C. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] D. Adminis. [illegible] et [illegible] in l. i. ff. sol. Matrimo.

Fol. 289.

Luciæ, est unica, et una Hyrundo non facit ver. Nec non quia per deficientiam D. Præsbiteri Iacobi qui uti patruus ipsam D. Luciam excluserat institutis ex tunc eo hærede fuit reintegrata hæreditati, a qua per fratrem fuerat exclusa et simili modo per patruum iux. vers.^m et si contingeret, quod supradicti omnes Masculi, etc. quod patet, quia si hæreditas fuisset indebite occupata per dominum Præsbiterum Iacobum, utique hæres eius condemnatus fuisset cum fructibus a die mortis q. Iosephi Celsa, quia fructus augent hæreditatem et quia fuisset malæ fidei possessor, qui caruisset tit.^o c. fi. de præscriptio. Nam tametsi actio sit intentata ad unam rem, et ex una causa, et ex deductis in processu, vel ex dispositione iuris, in quo Iudex potest supplere defectum Advocatorum, quod non ex illa actione, sive causa illa res debetur petenti sed ex alia ~~ex~~ etiam ex illo processu. Tamen reus ~~quamvis~~ conveniens debet condemnari ad illam rem. dr. d. Rota. in decis. 174 spec. in tit. de senten. probatio §. Quali vers.^o q si lex faciunt notata in c. examinata de Iudi. et consuluit celeberrimus Iuris q. D. Manfloridus d. Codesto de Carnisio Cl.^me D. Leon^do Contareno Patriæ Fori Iulii Locumtenenti in libro meo, a fol. 252. quia sententia ferri potest diffinitive separari ius competens ab incompetenti Anto. de Buti. et Areti. in c. exhibita ad fi. i col. de Iudi. refert Cagno. in l. non potest videri ff. d. Reg. iu. in fi. ver. Non obstat quartum et ultimum, quia in præsenti Iudicio non agitur vigore alicuius fidei commissariæ substitutionis, sed de successione in Hæreditate q. D. Petri scilicet quis sit illius hæres

et

et subinde debet mitti in possessionem bonorum omnium posses-
sorum praeambula hora mortis per eum, qua in re deficit quoque
D. Alouisia, quia non proposuit edicta iuxta requisitam formam
per Constitutionem Patriae nu. CXLVIJ. in vers. si uero asseret
haeredem; quam D. Gabriele seruauit quippe qui est uerus
et legitimus haeres Nepotis, prout alij patrui in hac Patria
semper fuerunt et nuperrime. Nob. D. Iacobus Corbellus suc-
cessit D. Tullio eius Nepoti exclusis odio Nepote ex fratre
domini Iacobi praedefuncto et sorore ipsius D. Tullij, utrinque
coniuncta et propterea D. Gabriel causam tutatus est acerri-
me contra dominam Liuiam coniuncte D. Alouisia. Nec non
quia fidei Commissarius secundum communem doctorum senten-
tiam in L. fi. C. de edi. di. Adria. tollen. non est legitimus
contradictor ‖ Tum quia fidei commissum debet peti de manu
haeredis, illeque dicitur legitimus contradictor, in quo concurrunt
tria copulatiue. Primo quod possideat bona de quibus agitur,
2do quod non uitiose possideat. 3o quod de Iure suo incontinenti
doceat. Bar. in l. filium fratribus ff. de Trebel. cum quo
D. Marin. Soc. Iun. in cons. 75. nu. 18. uol. 1. dicit
omnes transire, ∧ 1. Quare indubitanter concludo partes
Clar.mi domini Locumtenentis, siue eius Ex.mi domini Vicarij fore et
esse in pronuntiando Haereditatem q. D. Petri spectasse
et pertinuisse ac spectare et pertinere ad D. Gabrielem a
praeambula hora Mortis q. D. Petri Et consequenter ipsum
mittendum in possessionem Haereditatis iuxta edicta, quibus
et non fuit contradictum, exclusa D. Alouisia cum expensis.
Consideratis quoque dilectione D. Petri Testis. 6. fol. 138. 8. fol.
143. sup. 2 Nec non D. Catherina Testes omnes sup. 3o.

‖ Tum quia p.o collocandus est haeres ultimi defuncti in sede illius

∧ propter multas detractiones, et uaria iura

et laboribus, ac periculis d. Gabrielis pro tuendis bonis
Testes omnes sup. s.º /.

Laus. Deo. /

Domenicus Illuminatio Alda

Nella Causa vertente trà li Sig.ri Gabriel, e Fratelli Conti da una,
li Sig.ri Co: Antonio e Fratelli, e L. C. Frenchi dall'altra,
Il Sig.r Co: Giulio de Cottomis anco da un altra; Vedute le
instanze delle parti, cioè delli med.i Sig.ri Fratelli Conti,
dimandanti il laudo della loro Intimat.ne 11 Maggio
1700, ad effetto, che li Sig.ri Co: Frenchi, ò il Sig.r Co: de
Cottomis debbano li med.mi relevare dalla Pieggiaria fatta
dal q. Sig.r Gabriel Conti al q. Sig.r Zuane Francescheinis,
come in instrum.to 26 Febraro 1660 con il risarcim.to ancora
di quant'hanno per tal Causa pagato sin'hora e come in d.a
intimat.ne e scrittura 5 Marzo 1701, con altre susseguenti
et atto 1702, 24 Gen.o à quali &. Et d.i Sig.ri Co: Frenchi
instanti esser licentiati, non essendo heredi ne possessori
de Beni del q. Sig.r Zuane Francescheinis, e come in loro
scritture 22 Maggio, 19 7mbre 1700, et altri susseguenti;
Et il Sig.r Co: de Cottomis parim.te instante esser assolto per
le cause espresse, come in protesto 12 Maggio 1700, et
scrittura 16 Marzo 1701, et altri atti susseguenti à quali &.
Lette le scritture esibitesi, e specialm.te l'instrum.to 1660,
28 Febraro; la donatione 1690, 26 Gen.o; Con la Convent.e
1694, 27 Gen.o; li vicendi principiano 1694, 11 7mbre,
e terminano 27 Agosto 1700; Altra Convent.e 11 Luglio
1695; Con altra 1696, 13 Gen.o; Il sequestro 16 Giugno 1697;
Con il mand.to 16 Gen.o 1696; L'intimat.ne 11 Maggio 1700,
Con il protesto 12 d.o; il sequestro 27 7mbre con la scrittura
~~[illegible]~~ 19 d.o; la Convent.e 1701 19 Gen.o con la scrittura
5 d.o Marzo, et altri s. d.i; la relat.e 7, 7mbre, e scrittura 26

Decembre susseguente, nec non l'atto 1702, 24 Xmo; lette l'allegationi delle parti, et fatto à tutto il più maturo riflesso

Invocato il Nome del Sig.r Iddio dal quale &

